# HESIODI CARMINA

Hesiodus, Karl Wilhelm Göttling

# HESIODI
# CARMINA.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS INSTRUXIT

CAROLUS GOETTLINGIUS.

EDITIO ALTERA.

GOTHAE, MDCCCXLIII.
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
(LONDINI APUD D. NUTT. 158. FLEET STREET.)



FRANCISCO PASSOVIO

ET

IOANNI SCHULZIO

PRAECEPTORIBUS SUIS

UT GRATISSIMI ANIMI VETERISQUE AMICITIAE PIGNUS

DEDICAVIT

C. GOETTLINGIUS.


BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

## I. De vita Hesiodi.

De Hesiodi vita breviter licet dicere, quoniam ipsa quae ei adscribuntur carmina fontes antiquissimi esse videntur, quos sequare. Sunt ex recentioribus qui Cumaeum dicunt (in quibus I. H. Vossium esse mireris, v. Alte Weltkunde p. XX., et Schoellium Hist. lit. Graec. T. I. p. 130. ed. nov.), quanquam hi ex ipsis Hesiodi poematis discere poterant Ascrae in Boeotia, oppido quadraginta stadia a Thespiis sito (Eustath. Il. p. 266.), cuius nullae nunc reliquiae supersunt, natum esse auctorem Operum. Nam Ἔργ. versibus 650 sq., quibus in hanc rem usus est auctor Certam. Homeri et Hesiodi n. edit. p. 313., ita legitur:

οὐ γάρ πώποτε νηΐ γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος.

Unde satis patet Hesiodum nondum fuisse natum, quum eius pater Cuma Aeolensium Ascram Boeotorum venisset (v. Ἔργ. 636.), ut ibi domicilium poneret. Ascram patriam Hesiodi praeterea testantur poetae antiqui tantum non omnes. Sic Chersias Orchomenius, quem titulum inscripsisse tumulo Hesiodi dicebant Orchomenii, Pausaniae coaevi. V. Pausan. IX, 38. fin.:

Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται
 Ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης,
Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
 Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει.

Atque longe probabilior est sententia, quae Chersiae hoc epigramma, quam ea, quae Mnasalcae tribuit (v. Brunck. Anal. I. p. 193. et Anthol. Pal. VII, 54.). Hoc enim tum ex eo elucet, quod Mnasalcas Dorica dialecto in ceteris epigrammatis usus est, quam veram esse ipsum eius nomen testatur, tum eo, quod Ari-

stoteles, siquidem Aristoteles est auctor epigrammatis (v. Brunck. Anal. I. p. 178. Anthol. Palat. II. p. 750.), Mnasalca sine dubio antiquior, pentametro usus est hoc:

*ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει,*

sublecto veteri poetae, Chersiae, ut videtur. Hesiodi patriam praeterea testantur Nicander Ther. 12., Moschus III, 58., Ovid. Art. Am. II, 4. Fast. VI, 14. Verum civitatem, quanquam gente cognati, non videntur patri dedisse Ascraei, ita ut propter egestatem (*Ἐργ.* 638.) *ἀτίμητος μετανάστης* esset. Sic enim audiebant antiquis temporibus qui postea *μέτοικοι* dicebantur; v. Homer. Il. IX, 648., quem recte sic intellexit Aristoteles Polit. III, 3: *λέγεται μάλιστα πολίτης ὁ μετέχων τῶν τιμῶν, ὥςπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν· ὡςεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην· ὥςπερ μέτοικος γάρ ἐστιν ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων.* Post vero opes crevisse videntur, nam Hesiodus in Helicone oves pascebat (sic enim prooemium Theog. 23.), et, patre mortuo, quum litibus hereditariis, quas Perses frater ipsi intenderat, iudicum dolo malo pravaque sententia cecidisset, fratri, quanquam litigioso, de suo dedit. Hoc testantur *Ἔργων* versus 396 sq.:

*ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἔμ' ἦλθες· ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω,*
*οὐδ' ἐπιμετρήσω,*

de quorum sententia v. annotationem. Hinc Ascra relicta per partes quasdam Graeciae migrasse videtur. Versus enim *Ἔργων*, quibus, ut cum C. Velleio Paterculo (I, 7.) loquar, patriam, quia multatus ab ea erat (nempe in causa cum fratre acta), contumeliosissime testatus est[1]): versus igitur 639. 640:

*νάσσατο*[2]) *δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ*
*Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ,*

non scripti sunt Ascrae, sed alias, fortasse Orchomeni. Orchomenii enim secundum fabulam antiquam, de qua post dixero, ossa poetae ad se transtulerunt, ea ad se pertinere proprie testantes. Certe Pausanias (I, 2, 3.) quo nitatur, quum migrationem respuisse Hesiodum ita dicit: *Ἡσίοδος δὲ καὶ Ὅμηρος ἢ συγγενέσθαι βασιλεῦσιν ἠτύχησαν ἢ καὶ ἑκόντες ὠλιγώρησαν, ὁ μὲν ἀγροικίᾳ* (quod non recte vertitur „agriculturae amore" a Rankio de Hesiod. Oper. et Dieb. p. 26.) *καὶ ὄκνῳ πλάνης*, plane nescio,

1) Haec non satis intellexit Harlesius ad Fabricii bibl. Gr. I. p. 572. corrigens in Velleio: quia pater multatus erat.
2) Auctor Cert. *εἴσατο* p. 313.

nisi in animo habuit Oper. v. 630., qui migrationem tamen per Graeciam non excludit.

Haec sunt, quae quis de Hesiodi vita ex iis carminibus discat, quae huic poetae adscribuntur. Praemisi autem haec, quod antiquissima esse videntur omnium, quae de Hesiodi vita tradita memoriae sunt, non quod ab ipso Hesiodo profecta esse putem. Nam versus omnes, ex quibus haec hausta sunt, adiecti postea sunt atque ex memoria, quanquam antiqua, hominum sublecti, ut singillatim demonstrare conatus sum in animadversionibus. His additae sunt postea narrationes commentitiae a logographis et ab Ephoro, et fabulae quaedam in Hesiodum translatae sunt, quae non de ipso poeta intelligendae erant, sed de secta epicorum, quam et ipse sequebatur et quae postea ab eo nomen duxit. Dicam de omnibus ordine. Ac primum quidem e logographis Hellanicus, Damastes et Pherecydes Hesiodi gentem pertinere ad Orpheum dixerant. Sic enim Proculus in chrestomathia grammatica (v. Bekkeri praef. in schol. Ven. p. I., Thiersch. Act. Phil. Mon. II. p. 576., Bibl. Vet. Lit. et Art. I. p. 8., cf. Lobeck. Aglaoph. p. 322.): *Ἑλλάνικος δὲ καὶ Δαμάστης καὶ Φερεκύδης εἰς Ὀρφέα τὸ γένος ἀνάγουσιν αὐτοῦ· Μαίονα γάρ φασι τὸν Ὁμήρου πατέρα καὶ Δῖον τὸν Ἡσιόδου γενέσθαι Ἀπέλλιδος τοῦ Μελανωποῦ τοῦ Ἐπιφραδέος τοῦ Χαριφήμου τοῦ Φιλοτερπέος τοῦ Ἰδμονίδα τοῦ Εὐκλέους τοῦ Δωρίωνος τοῦ Ὀρφέως.* In quo loco primum hoc animadvertendum est, verba *Μαίονα γάρ φασι* non ita intelligenda esse, quasi totum hoc stemma, quod sequitur Homeri et Hesiodi, explanatum a logographis singillatim esset. Nam Hellanicum nihil dixisse aliud quam gentem Hesiodiam ad Orpheum pertinere ex alio Proculi loco apparet, schol. ad Hes. *Ἔργ.* 631. (Gaisf.): *ὥςπερ ἐμός τε πατὴρ καὶ σός] Τοῦτό φασι διὰ τὸ μιμεῖσθαι τὸν πατέρα. Ἑλλάνικος δὲ Φορωνίδι ἀπὸ Ὀρφέως φησὶν εἶναι τὸν Ἡσίοδον.* Hic quid sit illud, quod de Orpheo ex Hellanico adiectum a Proculo est ad locum, quo patris sui Hesiodus meminerat, plane non perspexeris, si Hellanicus progeniem Homeri Hesiodique ab avo atavoque usque protulerat. Nam patrem Homeri Maeonem (si vere ita dixit, nam auctor Cert. p. 313, 20. habet *Βίωνα*) potuit aliunde nosse. Accedit, quod de Damaste, si etiam ad hunc pertinuisse quis dicat illud *φασί*, prorsus dissentit auctor anonymus in Iriart. Bibl. Matr. p. 233: *Ἀναξιμένης καὶ Δαμάστης καὶ Πίνδαρος Χῖον τὸν Ὅμηρον ἀποφαίνονται καὶ Θεόκριτος, ὁ δὲ Δαμάστης δέκατον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Μουσαίου*

*φησὶ γεγονέναι*; Musaeus enim ne commemoratur quidem in stemmate Proculi, secundum quem pro Musaeo Dorio quidam, ipse incertus, decimus gentis introducitur. Ac Welckerus quidem (Cycl. epic. p. 149.) hanc diversitatem Damastis ab Hellanico facile posse explicari putat; sed, ut verum fatear, admodum vereor, ut hoc evicerit vir doctissimus: „Denn grade im zehnten Gliede, inquit, weichen auch die drey andern (auctor Certaminis Homeri et Hesiodi, Charax ap. Suidam v. *Ὅμηρος* et Proculus ipse) unter einander ab und alle drey scheinen Volksstämme im Auge zu haben; Musäus aber deutet auf Athen, des Orpheus Sohn Dorion deutet auf die Dorier, wie Pieros, des Linos Sohn, auf Pierien — der *Δρής* des Charax ist vermuthlich *Θρῆξ*, da nach dem makedonischen Dialekt *δ* für *ϑ* eintritt; der *Ὄρτης* aber im Wettstreite neben diesen beiden ist wahrscheinlich in *Ὄτρυς* zu ändern, welcher Odrysen bedeutet." In quo non animadvertit Welckerus *Δρῆς* nomen proprium (nam flexim pronuntiandum erat) mutari non licere propter auctoritatem grammaticorum: Choeroboscus enim p. 1188. Anecd. Bekk. (ed. Gaisford. p. 43. 132. 133.) ita: *τὰ εἰς ης μονοσύλλαβα, ἐὰν μὲν περισπῶνται, ἀποβολῇ τοῦ σ ποιοῦσι τὴν γενικήν, οἷον ὁ Δρῆς τοῦ Δρῆ, ὁ Τρῆς τοῦ Τρῆ· ταῦτα δὲ παραλόγως ἔχουσι τὴν γενικὴν εἰς η καταλήγουσαν· οὐδέποτε γὰρ εὑρίσκεται γενικὴ εἰς η καταλήγουσα, εἰ μὴ ἐπὶ τούτων τῶν δύο. Εἰσὶ δὲ ταῦτα ὀνόματα κύρια.* Quicum conspirat Iohannes Alex. *τον. παραγγ.* p. 7, 30., ubi pro *Κρῆς* legendum esse *Δρῆς* monui in libro de accent. p. 119. Adde Theognost. Canon. in Cramer. Anecd. Ox. T. II. p. 134, 27. Illum autem *Ὄρτην* apud auctorem Certaminis non ausim in *Ὄτρυν* mutare, hoc ut Odrysas significet. Ac si vel maxime concesseris, quod ego quidem non concedo, utrumque nomen sic mutari licere, ut mutavit Welckerus, nihil inde pro re Proculi lucramur. Non consentit enim ullo modo Damastes cum illa Proculi serie. Quare mihi quidem Proculus inde a verbis *Μαίονα γάρ φασι* neque Hellanicum nec Damastem nec Pherecydem, qui nihil quam Orphici generis fuisse Hesiodum dixerant, sed alium scriptorem intellexisse videtur, qui id, quod logographi digito quasi monstraverant, suo modo uberius adumbraverat. Neque obscurus est ille. Nam auctor anonymus in Iriart. Bibl. Matr. p. 233. ita: *Ἔφορος εἰς Χαρίφημον ἀνάγει τὸ γένος αὐτοῦ*; Chariphèmus autem neque ab auctore Certaminis neque a Charace commemoratur, sed a Proculo tantum, unde sponte patere videtur Ephorum auctorem secutum esse

Proculum, eundemque Ephorum logographorum vestigiis insistentem intelligendum esse inde a verbis *Μαίονα γάρ φασι*. Proculus vero, quum mares tantum stemmatis Hesiodii et Homerici indicare vellet, non addidit Ephorum praeterea alterum Maeonis fratrem Dium commemorasse, ex cuius filia Cretheide (Aeolidem Crethea ipse Hesiodus commemoraverat fragm. 32.) Maeo Homerum procreavit. Sic enim auctor anonymus de vita et poesi Homeri 2. (Plut. script. T. XIV. p. 475. Hutten.): *Ἔφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος ἐν συντάγματι τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐπιχωρίῳ Κυμαῖον αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρώμενός φησιν, ὅτι Ἀτελλῆς* [l. *Ἀπελλῆς*] *καὶ Μαίων καὶ Δῖος ἀδελφοὶ Κυμαῖοι τὸ γένος. ὧν Δῖος μὲν διὰ χρέα μετῴκησεν εἰς Ἄσκρην, κώμην τῆς Βοιωτίας, κἀκεῖ γήμας τὴν Πυκιμήδην ἐγέννησεν Ἡσίοδον. Ἀτελλῆς δὲ τελευτήσας ἐν τῇ πατρίδι Κύμῃ κατέλιπε θυγατέρα Κρηθηΐδα τοὔνομα, προστησάμενος αὐτῇ τὸν ἀδελφὸν Μαίονα. ὃς διακορεύσας τὴν προειρημένην καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τῷ γεγονότι δείσας κατάγνωσιν ἔδωκεν αὐτὴν πρὸς γάμον Φημίῳ τῷ Σμυρναίῳ, διδασκάλῳ γραμμάτων, φοιτῶσα δὲ αὐτὴ ἐπὶ τοὺς πλυνούς, οἳ ἦσαν παρὰ τῷ Μέλητι, ἀπεκύησε τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τὸν ποταμὸν καὶ διὰ τοῦτο Μελησιγενὴς ἐκλήθη.* In quo notandum est verba *διὰ χρέα*, si ab Ephoro profecta sunt vel ab eo, cui Ephori dicta in animo erant, non ita cum Tzetze intelligenda esse, ut „propter nomina facta" significent, quemadmodum concludas ex Hesiodi *Ἔργ.* 639., sed „necessitate coactum propter facinus aliquod." V. Proculus ad Oper. 633: *Ἔφορος δέ φησι τοῦτον* (Hesiodi patrem) *εἰς Ἄσκρην ἐλθεῖν οὐ δι' ἐμπορίαν, ἀλλὰ φόνον ἐμφύλιον ἐργασάμενον*[3]). Si verum est quod demonstrare conati sumus, Proculum non logographorum, sed Ephori stemma proposuisse, verisimile etiam esse videtur eundem Ephorum gentem Orphei eodem modo ab Apolline et Thoosa vel Aethusa derivasse, atque hoc indicatur ab auctore Agonis et ab Charace, ut totum stemma gentilicium secundum Ephorum hoc fuisse videatur: *Ἀπόλλων καὶ Θόωσα, Λίνος, Πίερος καὶ Μεθώνη, Οἴαγρος καὶ Καλλιόπη, Ὀρφεύς, Δώρίων, Εὐκλῆς, Ἰδμονίδης, Φιλοτερπής, Χαρίφημος, Ἐπιφραδής, Μελανωπός, Ἄπελλις, Ἀπελλῆς,*

---

3) Quid Apollodorus (vel Autodorus) Cumaeus de eadem re dixerit nescimus. Cramer. Anecd. Ox. IV. p. 310: *φασὶ δὲ Αὐτόδωρον* [nescio an legendum sit *Ἀπολλόδωρον*, v. I. Classen de grammat. Gr. primord. p. 8.] *τὸν Κυμαῖον πρῶτον ἐπιγεγραφέναι αὐτὸν γραμματικὸν σύγγραμμά τι γράψαντα περὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου.*

*Δῖος* (*Δίου Πέρσης καὶ Ἡσίοδος*), *Μαίων* (*Μαίονος Ὅμηρος*). Ex Strabone vero XIII. p. 428., qui Ephorum ante oculos habuit, recte concludas Ephorum Dium patrem Hesiodi ex vs. 299. Operum elicuisse. Sic enim ille: *ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως* (*Κύμης*) *ἀναντιλέκτως ἐστὶν Ἔφορος τῶν Ἰσοκράτους γνωρίμων τοῦ ῥήτορος ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων. καὶ ἔτι πρότερος τούτου Ἡσίοδος ὁ ποιητής. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Δῖος μετῴκησεν εἰς Βοιωτοὺς Κύμην Αἰολίδα προλιπών·*

*νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ*
*Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.*

*Ὅμηρος δ' οὐχ ὁμολογουμένως. πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν αὐτοῦ.* Ephorus autem Cumaeus, ut patriae suae consuleret, quae a poetarum multitudine et praestantia parum honorifice audiebat (v. auctor. vit. Hom. 15., Ephorum Marx. p. 268.), Hesiodum et Homerum Cumaeos finxit, finxit Dium Hesiodi patrem, idemque, qui Dium finxit, Pycimeden, Apollinis filiam, Dii uxorem, si non finxisse omnino, certe stemmati Hesiodio intulisse putandus est. Ac iure quodam gentilicio Hesiodum quidem potuit Cumaeum dicere, quod interdum cives coloniarum etiam metropolis cives dicti sunt. V. Mueller. Dor. I. p. 122. Ceterum neque Agonis auctorem neque Characem a Proculo vere dissensisse puto, sed utrumque cum Proculo stemma ab Ephoro confectum secutum esse. Primum enim perspicuum est, quam facile *ΟΡΤΗΣ*, qui dicitur ab auctore Agonis, oriri ex *ΔΡΗΣ* potuerit, a quo non differt Dorio Proculi. Hic enim quum scripsisset *τοῦ Δρῆ τοῦ Ὀρφέως*, alius, qui hoc describeret, ignotum illud *Δρῆ*, cuius genitivus casus ab antiquis grammaticis dignus habitus est qui praecipue notaretur, pro nota habitum in *Δωρίωνος* (quod notius videbatur nomen esse, v. Plut. de Mus. 21.) mutavit. Deinde in Agone (p. 314, 30.) post *Δρῆν* (sic enim legendum pro *Ὄρτην*) excidit *τοῦ δὲ Εὐκλέα*, pro Harmonida vero et Euphemo introducendi Idmonides et Chariphemus; denique si Agonis auctor ita dicit p. 314, 26: *τινὲς δὲ νεώτερον* [*φασὶ τὸν Ὅμηρον εἶναι τοῦ Ἡσιόδου*] *καὶ συγγενῆ. γενεαλογοῦσί τε οὕτως*, pertinet hoc etiam ad Ephorum. V. Gell. N. A. III, 11.

Ad fabulas non tam de Hesiodo quam de familia (v. Wolf. Prolegg. p. XCVIII.) vel secta, cuius ille fuit princeps, intelligendas primum illud epigramma pertinere videtur, quod de Hesiodo ita agit, ut bis iuventute fruitum esse poetam indicet. Vid. Proverb. Vat. IV, 3: *Ἡσιόδειον γῆρας*] *Ἀριστοτέλης ἐν Ὀρ-*

*χομενίων πολιτείᾳ δὶς τετάφθαι φησὶ τὸν Ἡσίοδον καὶ ἐπιγράμματος τοῦδε τυχεῖν· χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας, Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.* Apud Proculum et Suidam Pindaro hoc epigramma tribuitur, nec causa satis idonea est, cur Pindaro abiudicemus. V. Boeckh. Fragm. Pind. p. 554. Rem ita explicare conatus est Marckscheffelius (Hesiodi, Eumeli — fragmenta p. 53 sq.): „Proverbium ex epigrammate ortum est, epigramma e duplici quae ferebatur sepultura, ad quam explicandam aliquis Hesiodum bis vixisse et bis mortuum esse finxit, ut intelligeretur, quomodo in utroque sepulcro poetae ossa esse possent." At vehementer inter se differunt *Ἡσιόδειον γῆρας* et Pindari *δὶς ἡβήσας*, quorum neutrum explicari ex altero potest: illud enim de magna senectute, hoc de repetita vita ita agit, ut provectae senectutis ne vestigium quidem adsit. Quomodo igitur proverbium ex epigrammate oriri probabiliter potuit? Res longe aliter se habere videtur. Is enim, qui proverbia Vaticana collegit, quum proverbiale illud *Ἡσιόδειον γῆρας* explicare recte nesciret, epigrammate Pindarico qualicunque modo id interpretari studuit. Mihi enim non dubium est, quin illud proverbium de nobili loco Hesiodi (apud Plutarch. de def. Oracul. II. Fragm. CLXIII.) intelligendum sit, qui de longinquitate vitae (*γήρᾳ*) hominum, cornicum, cervorum cet. agit, non de ipsius Hesiodi senectute, ut opinabatur is, qui Vaticana proverbia collegit. Ipsam enim Hesiodi senectutem comprobari Alcaei Messenii versiculo (Brunck. Anal. I. p. 490. Anth. Pal. VII, 55.) nemo facile erit qui putet. Nam si ipsum Hesiodum in longaevis hominibus fama habuisset, certe id Lucianus silentio non praeteriisset in dialogo de macrobiis. Ipsa etiam mortis Hesiodi causa, quam Plutarchus exposuit (Sap. Conv. 19.), senectutem quodammodo videtur respuere. Quare nihil reliquum est, quam ut hac fabula de bis iuvene Hesiodo doceri credamus duos aliquando Hesiodos vixisse, id quod etiam duobus Hesiodi sepulcris, quorum alterum erat Naupacti, alterum Orchomeni, sed ita exstructum, ut Naupacto Orchomenum ossa Hesiodi secundum oraculum Delphicum translata esse dicerent Orchomenii, ne suum videretur auctoritate cedere alteri, quod ne Naupactiis quidem omnibus cognitum fuisse fingebant. Sed etiam postea Naupactios suum sibi servasse Hesiodi sepulcrum satis patet ex Plutarchi verbis: *τὸν δὲ τάφον [ἐν τῷ Νεμείῳ] οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται* (non *ἀπεκέκρυπτο*). Aliam famam fuisse, quae Ascra, non Naupacto

in suam urbem ossa Hesiodi transtulisse Orchomenios diceret, olim ex loco Plutarchi apud Proculum Hes. Oper. 631. (T. XIV. p. 308. Hutt.) concludi posse putaram, et sic denuo conclusit Marckscheffelius p. 29. Ita enim Proculus: *Ἀοίκητον δὲ αὐτὸ (τὸ τῆς Ἄσκρης πολίχνιον) ὁ Πλούταρχος ἱστορεῖ καὶ τότε εἶναι, Θεσπιέων ἀνελόντων τοὺς οἰκοῦντας, Ὀρχομενίων δὲ τοὺς σωθέντας δεξαμένων· ὅθεν καὶ τὸν θεὸν προςτάξαι τὰ Ἡσιόδου λείψανα λαβεῖν καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ γράφων τὴν Ὀρχομενίων πολιτείαν.* Sed non recte id concludi posse satis ex eo apparet, quod oraculum Delphicum ossa Hesiodi transferri Orchomenum iusserat eam ob causam, quod, Ascraeis receptis ab Orchomeniis, ipse etiam Hesiodus quasi Orchomenius factus esse videretur. Igitur quod Plutarchus narravit item ad Naupactum, non ad Ascram pertinet. Sic enim de hac re Pausanias IX, 38, 3: *τάφοι δὲ Μινύου καὶ Ἡσιόδου*[4]*· καταδέξασθαι δέ φασιν οὕτω τὰ Ἡσιόδου ὀστᾶ. νόσου καταλαμβανούσης λοιμώδους καὶ ἀνθρώπους καὶ βοσκήματα, ἀποστέλλουσι θεωροὺς παρὰ τὸν θεόν (οἱ Ὀρχομένιοι). τούτοις δὲ ἀποκρίνασθαι λέγουσι τὴν Πυθίαν, Ἡσιόδου τὰ ὀστᾶ ἐκ τῆς Ναυπακτίας ἀγαγοῦσιν ἐς τὴν Ὀρχομενίαν, ἄλλο δὲ εἶναί σφισιν οὐδὲν ἴαμα. τότε δὲ ἐπερέσθαι δεύτερα, ὅπου τῆς Ναυπακτίας αὐτὰ ἐξευρήσουσι, καὶ αὖθις τὴν Πυθίαν εἰπεῖν, ὡς μηνύσοι κορώνη σφίσιν. οὕτω τοῖς θεοπρόποις ἀποβᾶσιν εἰς τὴν γῆν πέτραν τε οὐ πόῤῥω τῆς ὁδοῦ καὶ τὴν ὄρνιθα ἐπὶ τῇ πέτρᾳ φασὶν ὀφθῆναι. καὶ τοῦ Ἡσιόδου [τε] τὰ ὀστᾶ εὗρον ἐν χηραμῷ τῆς πέτρας. Καὶ ἐλεγεῖα ἐπὶ τῷ μνήματι ἐπιγέγραπται*[5]. Haec si quis comparaverit cum simili fabula Lacedaemonia apud Herodotum I, 67. de Orestis ossibus, cum Atheniensium custodia Oedipodis et Thesei ossium, heroem fuisse Hesiodum Boeotis non magis dubitabit quam Homerum Chios heroem coluisse (v. Niebuhr. Hist. R. I. p. 347. ed. III.), tanquam principem, qui familiam poeticam ducebat. Intelligendum est autem, quum pro heroe aliquem colendum esse arbitrantur, splendidissimum videri, si indignum tradant interfectum esse. Hinc fabula de morte He-

---

4) De loco, quo Hesiodus sepultus sit, quem Ulrichsius se detexisse putat, agemus ad Tzetzis commentationem de gente Hesiodi, quam huic praefationi adiiciendam curavimus.

5) Ad h. l. recte monuerat Siebelis legendum esse *ἐπιγέγραπται* pro *ἐπεγέγραπτο*. Iure obsecundarunt ei Walzius et Schubartus, qui eodem iure *τε* post *Ἡσιόδου* uncinis incluserunt.

siodi exorta, de qua vario modo scribunt. Ex ipsis Hesiodo tributis carminibus didicerant Chalcide poetam in celebrandis Amphidamantis exsequiis tripodem accepisse, quum hymno prae omnibus excelluisset[6]). Quem tripodem, quanquam auctor versuum illorum Musis Heliconiis consecratum esse dicit, visum in Helicone etiam a Pausan. (IX, 31, 3. cf. Dio Chrys. p. 22, 11. Emper.), tamen non desunt qui Apollini Pythio ab Hesiodo dedicatum esse dicant, quanquam *ἀπαρχαί* ab auctore Certaminis Homeri et Hesiodi p. 322, 21. memoratae longe aliter possunt intelligi. Oraculum igitur Hesiodo a Pythia datum est, vitaret templum Nemeaei Iovis, quod ibi mortem subiturus esset. Hinc ille, quod Nemeam in Peloponneso fugiebat, obtruncatus est in area sacra Nemeaei Iovis, quae prope abest ab Oeneone Locrorum (Thucyd. III, 96.) in agro Naupactio. Mortis causam sic aperuit secundum fabulam antiquam Plutarch. Sept. Sap. Conv. 19: *Μιλησίου* (Demodes nomen erat, v. Eratosthenem ap. auct. Cert. Hom. et Hes. p. 323, 19.) *γάρ, ὡς ἔοικεν, ἀνδρός, ᾧ ξενίας ἐκοινώνει Ἡσίοδος καὶ διαίτης ἐν Λοκροῖς, τῇ τοῦ ξένου θυγατρὶ*[7]) *κρύφα συγγενομένου καὶ φωραθέντος ὑποψίαν ἔσχεν ὡς γνοὺς ἀπ' ἀρχῆς καὶ συνεπικρύψας τὸ ἀδίκημα μηδενὸς ὢν αἴτιος, ὀργῆς δὲ καιρῷ καὶ διαβολῇ περιπεσὼν ἀδίκως. ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον ἐνεδρεύσαντες καὶ*

6) *Ἔργ.* 652 sq. Cf. Plut. Conv. Sept. Sap. 10. Procul. Chrest. p. 1. Bekk.

7) Phygeus (al. Phegeus, quod nomen legitur etiam apud Hom. Il. V, 11. 15. Herodot. IX, 26. Virg. Aen. IX, 765.) nomen erat hospiti, filiae Ctimene (al. Ctemene), filiis, Hesiodi interfectoribus, secundum Alcidamantem (v. Certam. Hom. et Hes. p. 323, 13 sqq. Cf. Aristot. Rhetor. II, 23.) Amphiphanes et Ganyctor, secundum Eratosthenem (v. l. l.) Ctimenus et Antiphus Ganyctoris. Hunc secutus esse videtur Pausan. IX, 31, 5., qui pro Phygeo item Ganyctorem habet patrem. Sic enim intelligo Pausaniam; nam quod hic addit: *αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδῶνα ἐγένετο τῇ Μολυκρίδι σφίσιν ἡ δίκη*, non pertinere ad alterius interfectoris filios satis patere puto. V. Plut. de solert. anim. 13. Sympos. V, 2. Ad locum Eratosthenis pertinere etiam videtur quod habet Choeroboscus ad Theodos. Canon. p. 81, 27. Gaisf. *γάνυξ γάνυκος (ὁ γανάκτωρ παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει)*; aliter tamen Giesius statuit (über den äolischen Dialect p. 190.), qui, quum *γανάκτωρ* Aeolicum esse dicit pro *ἀνάκτωρ*, non satis ad *γάνυξ γάνυκος* animum advertisse videtur. *Γανύκτωρ* est etiam apud Nonn. Dion. XL, 226. Ceterum si quis quaerat locum, quo haec omnia narraverit Eratosthenes, legendum fortasse coniiciet *Ἐρατοσθένης δέ φησιν ἐν Ἡσιόδῳ* in Certam. p. 323, 14. Cf. Diar. Antiq. stud. 1839. p. 860.

*μετ' αὐτοῦ τὸν ἀκόλουθον, ᾧ Τρωΐλος ἦν ὄνομα· τῶν δὲ σωμάτων εἰς τὴν θάλασσαν ὠσθέντων τὸ μὲν τοῦ Τρωΐλου εἰς τὸν Δάφνον ποταμὸν ἔξω φερόμενον ἐπεσχέθη περικλύστῳ χοιράδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἀνεχούσῃ, καὶ μέχρι νῦν Τρωΐλος ἡ χοιρὰς καλεῖται. τοῦ δὲ Ἡσιόδου τὸν νεκρὸν εὐθὺς ἀπὸ γῆς ὑπολαβοῦσα δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμισε καὶ τὴν Μολυκρίαν. Ἐτύγχανε δὲ Λοκροῖς ἡ τῶν Ῥίων* [f. *Ἀριαδνείων*] *καθεστῶσα θυσία καὶ πανήγυρις, ἣν ἄγουσιν ἔτι νῦν, περιφανῶς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον*[8]*), ὡς δ' ὤφθη προσφερόμενον τὸ σῶμα, θαυμάσαντες, ὡς εἰκός, ἐπὶ τὴν ἀκτὴν κατέδραμον καὶ γνωρίσαντες ἔτι πρόσφατον νεκρὸν, ἅπαντα δεύτερα τοῦ ζητεῖν τὸν φόνον ἐποιοῦντο διὰ τὴν δόξαν τοῦ Ἡσιόδου· καὶ τοῦτο μὲν ταχέως ἔπραξαν*[9]*). — αὐτούς τε γὰρ κατεπόντισαν ζῶντας*[10]*) καὶ τὴν οἰκίαν κατέσκαψαν. Ἐτάφη δὲ Ἡσίοδος πρὸς τῷ Νεμείῳ· τὸν δὲ τάφον οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται, ζητούμενος ὑπ' Ὀρχομενίων κ. τ. λ.* Eodem pertinet Alcaei Messenii epigramma Brunck. Anal. I. p. 490., Anth. Pal. VII, 55: *Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ νέκυν Ἡσιόδοιο κ. τ. λ.* Hac tam honorifica in luco Nemeo sepultura praeclare videtur indicari pro heroe Locrensibus et Boeotis fuisse Hesiodum. Recte enim Lobeck. Aglaoph. p. 281: „Pythia, quotiescunque civitates fame, bello aliove malo pressae divina consilia peterent, toties ferme heroum ossa condere in suis finibus vel iam conditis debitos honores reddere iussit." Neque Hesiodi eo loco immemor fuit vir doctissimus. Comparari optime poterit fabula de Lino, cuius duo exstiterunt sepulcra, alterum Argis, Thebis in Boeotia alterum, nec erit quisquam, qui de Lino heroe dubitet.

## II. De tempore, quo Hesiodus vixerit.

De aetate Hesiodi quaerere difficillimum est, quod quae sub eius nomine circumferuntur carmina non uni eidemque poetae adscribere licet. Primus, qui uberius hunc locum exponeret, Heraclides Ponticus fuisse videtur, de aetate enim Homeri et He-

---

8) Festum Ariadneum dicit auctor Certam. p. 323, 7. *εἰς Ποσειδῶνα ἀσεβῆσαι* interfectores addidit Pausanias.

9) Canem Hesiodi detexisse Ganyctorem et Amphiphanem tradit Plut. de solert. anim. 13, 36.

10) *σφαγιασθῆναι θεσμοῖς ξενίοις ὑπὸ Εὐρυκλέους τοῦ μάντεως.* Auctor Cert. Hom. et Hes. p. 323, 5.

siodi duobus libris, sed ita scripsit (v. Diogenes L. V, 6, 4.), ut Chamaeleo ea, quae de Hesiodo et Homero scripsit, sibi suffuratum esse contenderet. Primus autem, qui Homerum antiquiorem Hesiodo pronuntiasse sine uberiore disquisitione dicitur, est Xenophanes Eleata (v. Gellius III, 8., Karsten. Xenophanis rel. p. 83.). Sed non multum tribuerim huic Gellii sententiae, si ex Hesiodi nomine nomini Homeri postposito id concludendum esse opinatus est. V. Xenophanis rel. ed. Karsten. p. 43. Postea Posidonium uberius id exposuisse tradit Io. Tzetza Exeg. in Il. p. 19, 2. Herm. Ephorus vero primus fuisse videtur, qui Homero antiquiorem Hesiodum esse diceret, quem secuti sunt Philostratus, L. Attius (ap. Gell. N. A. IV, 11.), marmor Parium, atque hoc quidem ita, ut 161 annos ante Olympiades Hesiodum floruisse scriberet, Homerum 130 annos; Posidonius vero (v. I. Tzetz. Exeg. in Il. p. 19, 2.) et grammatici Alexandrini (v. Schol. Ven. Il. XXIII, 683.) iuniorem. Addam praeterea miram sententiam a Ioanne Antiocheno (Malala) prolatam in Cramer. Anecd. Paris. II. p. 389, 14: *ἦν ἐπὶ τῶν ιβ΄ πατριαρχῶν ὁ Ἡσίοδος, ὃς τὰ Ἀσσυρίων γράμματα εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν μετέβαλεν*, quocum componas alterum locum apud eundem Malalam p. 59, 5. L. Dindorf. et apud Cramerum T. II. p. 241, 6: *ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τούτοις ἀνεφάνη τις ἐκ φυλῆς τοῦ Ἰαφέθ, ὀνόματι Ἡσίοδος, ὅστις ἐφεῦρε τὰ Ἑλληνικὰ γράμματα, ὁ καὶ θεολόγος τῶν Ἑλλήνων.* His quum postea addit p. 241, 27: *ἐν τοῖς χρόνοις Γεδαιὼν τοῦ Κριτῶν (Κριτοῦ) ἦν Ὀρφεὺς ὁ Θρᾴξ*, fontem, ex quo haec hausta sunt, fortasse quis divinarit. Nam ita Io. Tzetza Exeges. in Il. p. 21, 17. (cf. Malal. p. 72, 16.): *ἐξελέγξω — καὶ Τιμόθεον τὸν Ὀρφέα ἐπὶ Γεδεὼν εἶναι λέγοντα ὡς οὐκ ὀρθῶς περὶ τῶν χρόνων, ἀλλ' ἐψευσμένως.* Est autem hic Timotheus chronographus; v. I. Malalae Chronic. p. 76, 7. ed. Ven. Alia, ut apud eundem Cramer. II. p. 385., sciens praetereo. Atque confecta res foret, si credi Philochoro posset (v. Proculum ad Oper. p. 271.; de hoc autem postea dicetur) Stesichorum poetam fuisse filium Hesiodi ex Clymene: is enim natus est Ol. 37, 1, mortuus Ol. 56, 4. (v. Clinton. Fast. Hell. I. p. 5. Krueg., quanquam in diversam sententiam abiit marmoris Parii scriptor; v. Boeckh. Corp. Inscr. II. p. 302. 338.). Verum haec fabula de Hesiodi filiis non tam de progenie ipsa ac stirpe poetae valet quam de eius secta, de qua postea dicetur. Dicuntur enim familiae etiam scholae philosophorum (v. Wolf. Prolegg. p. XCVIII.). Valde incerta est igi-

tur computatio Dodwelli de cyclis V, 10. hac fabula confisi. Mihi igitur nunc fere acquiescendum esse videtur in sententia Herodoti, qui Hesiodum, i. e. Theogoniae poetam, et Homerum quadringentis fere annis suam ipsius aetatem dicit antecedere (II, 53.). Quocum consentiunt Euthymenes in Chronicis et Archemachus in tertio Euboicorum (v. Clement. Alex. Strom. I. p. 239. Sylb.). Qui antiquiorem Hesiodum faciunt Homero non inepte concludunt ex magna parte Operum, quae sane habenda est in antiquissimis Graecae poesios monumentis; qui recentiorem, ex Theogonia potissimum et reliquis Hesiodo adscriptis carminibus argumentantur, de quorum aetate lubricum admodum est iudicium, quum Hesiodo adscriberent multi ea carmina, quae genus poesios sequi videbantur ad Hesiodum potissimum auctorem relatum. Subactissimum hac de re est iudicium Wolfii Prolegg. p. XLII: „Vocabulum poetae posterius videtur ipso Hesiodo nec ante receptum quam musica ab arte pangendi carminis vulgo divelli coepisset. Sed Hesiodum quum dico, omne illud tempus intelligo, in quod Hesiodiorum quae nunc feruntur operum confectio incidit. Non uni enim illa tribuenda esse patet et multò plura nomine eius ferebantur apud veteres. In ἔργοις loci sunt multi πίνῳ venerandae vetustatis signati. Theogonia autem et Scutum Herculis et maxima pars eorum, quorum brevia fragmenta supersunt, Homerum toto fere saeculo subsequuntur. Huius rei argumento est quod in iis plures notiones novae exstant et imitationes locorum Homericorum, imprimis terrarum et populorum auctior et explicatior notitia." Cf. Anal. lit. III. p. 274. Haec cautius dicta sunt quam ea, quae protulit I. H. Vossius Epist. myth. II. 12. et Antisymb. I. p. 289. Cf. Thiersch. de Hesiodo in commentat. acad. Monac. MDCCCXIII. p. 20.

## III. De poetis Hesiodiis.

Quod nostris quoque temporibus fieri solet, ut qui in aliqua arte et facultate excellat alios ad tramitem suum alliciat atque eo pergere quasi instiget, id praesertim eo tempore factum esse probabile est, quo artes quasi recentes tanquam ex Iovis capite Minerva prosiluerunt. Sic qui primus avia Pieridum loca ita peragrarat, ut intelligentium hominum plausum mereretur, multos continuo asseclas atque sectatores necessario nactus est. In horum numero imprimis habendus Hesiodus, qui primus

inter Graecos antiquissimam philosophiam, i. e. doctrinam de diis et de hominum vita, versibus heroicis certa ratione tradidisse videbatur, quum ceteri poetae, quos non inepte Homericos dixeris, facta tantum antiquorum temporum historica et continua serie enarrassent. Hesiodum tanquam magistrum et doctorem multi alii secuti sunt, qui didacticum poesios genus elegerunt ita, ut vel filios vel posteros vel discipulos eius aut se ipsi dicerent, aut sic ab aliis dicerentur. Atque filii quidem et posteri dicti sunt prorsus in eum modum, quo medici Aesculapii filii (Ἀσκληπιοῦ παῖδες), sacerdotes ἱερέων παῖδες, sapientes σοφῶν παῖδες dicebantur, et quo ipsum oraculum Delphicum (Thucyd. V, 16.) τὸ σπέρμα dixit pro ἀπογόνῳ. In horum numero nisi Cercops fuit (nam illud Diogenis L. II, 46: Κέρκωψ ἐφιλονείκει Ἡσιόδῳ ζῶντι, non ita intelligendum est cum Wuellnero de cyclo p. 50., ut Cercopem Homeridam fuisse statuamus, sed ita se applicuisse Hesiodiae poesi [v. Welck. Ep. Cycl. p. 270.], ut in eodem genere poesios excelluisse atque adeo superior fuisse secundum quorundam opinionem putandus sit; v. Argum. IV. Aristoph. Ran.), primus videtur Terpander fuisse, de quo Suidas dicit: οἱ δὲ ἀπόγονον Ἡσιόδου ἀνέγραψαν, ἄλλοι δὲ Ὁμήρου, Βοίου λέγοντες αὐτὸν τοῦ Φωκέως τοῦ Εὐρυφῶντος τοῦ Ὁμήρου. Atque ad gentem quidem Homericam pertinere propterea credebatur, quod Homeri carmina nova musica cani in agonibus docuit (Plut. de Mus. 31. Cf. Bernhardy Litt. Gr. I. p. 230.) et omnino strenue excoluit Homericam poesin (Plut. de Mus. 5.); ad Hesiodum vero, quod primus huius etiam carmina melodia ornavit, qua olim carebant. Nam Plutarchus (de Mus. 4.) Terpandrum Boeoticum et Aeolicum aliquem nomum citharoedicum invenisse auctor est, qui ad Hesiodi carmina imprimis pertinuisse videtur. Accedit, quod idem Plutarchus Terpandrum in quibusdam citharoedicis nomis Philammonem Delphum secutum esse dicit (de Mus. 5.), quem ipsum Apollinem, stemmatis Hesiodii principem, instituisse fama erat; nec silentio praetereundum est Apollinis Pythii oraculum Lacedaemonios de sedandis seditionibus rogantes iussisse Terpandrum arcessere (Schol. Aristid. p. 593. Dind.). Terpander autem quum vixerit circiter Ol. XXXIII., mirum esset Stesichorum, qui mortuus est Ol. LV, 1. secundum Eusebium (vel Ol. LVI, 4. secundum alios), filium Hesiodi dici, nisi hoc eo modo intelligendum esset, quem indicavi. Hic enim poeta non propter musicam, qua Hesiodum Terpander prosecutus esse videtur (musica enim Stesichorus toto coelo distabat a

Terpandro; vid. Plut. de Mus. 7.), sed quod non solum mythica carmina Hesiodio modo composuit, sed etiam inventis fabulis se ad *Ἔργα* Hesiodi (v. *Ἔργ.* 200.) applicuit (v. Kleine Stes. Fragm. p. 109.). Prorsus similem causam habuisse videntur ii, qui Mnaseam filium Hesiodi dicerent. Sic enim Proculus ad Oper. 263: *Ἰστέον δὲ, ὅτι υἱὸς Ἡσιόδου Μνασέας ἐστί, Φιλόχορος δὲ Στησίχορόν φησι τὸν ἀπὸ Κλυμένης, ἄλλοι δὲ Ἀρχιέπης*, quod mirum in modum corrupit Tzetza: *σημείωσαι, τίς παῖς Ἡσιόδου. Παῖδα οἱ μὲν Μνασέα* (huic igitur *Μνασεύς* erat nominativus), *οἱ δὲ Ἀρχιέπην* (fecit igitur ex matre filium Hesiodi), *οἱ δὲ τὸν Στησίχορον τὸν μελῳδὸν ἐξεδέξαντο.* Atque Mnaseae nomen „ad memoriam rerum traditarum" tantummodo revocavit Marckscheffelius p. 33. cum Welckero (in Iahnii Annalibus Nov. IV, 1. p. 142.), sed Mnaseas, scriptor Pataraeus, aeque atque Stesichorus Hesiodio more mythologiam non solum Graecorum, sed omnium populorum exposuerat, ut facile concludi ex quibusdam eius reliquiis potest; v. Schol. Apollon. I, 131: *Ὕλας, Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς Θειοδάμαντος τοῦ Δρύοπος. Οὕτω Μνασέας.* I, 917: *Μυοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα. τέσσαρες δ' εἰσὶ τὸν ἀριθμόν· Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἅιδης. Ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κασμίλος ὁ Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος.* II, 498: *Μνασέας δέ φησι κατ' ἰδίαν αὐτὴν* [*τὴν Κυρήνην*] *προαίρεσιν ἐς Λιβύαν ἐληλυθέναι, οὐχ ὑπ' Ἀπόλλωνος διαχθεῖσαν.* II, 675: *Μνασέας δέ φησι νῦν τοὺς ὑπερβορείους Δελφοὺς* (l. *Κελτούς* c. I. H. Vossio Alte Weltkunde p. XXX.) *λέγεσθαι.* II, 1054: *ἰδίως δὲ Μνασέας φησὶ Στυμφάλου τινὸς ἥρωος καὶ Ὄρνιθος γυναικὸς γενέσθαι Στυμφαλίδας θυγατέρας, ἃς ἀνελεῖν τὸν Ἡρακλέα, ὅτι οὐ προσεδέξαντο αὐτὸν καὶ ἐξένισαν τοὺς Μολίονας* [*Μολιονίδας?*]. IV, 264: *Μνασέας δέ φησι πρὸ σελήνης Ἀρκάδας βασιλεῦσαι.* I, 1129: *Ὡς δὲ Μνασέας ἐν πρώτῳ περὶ Ἀσίας, Ἰδαῖοι Δάκτυλοι λέγονται ἀπὸ τοῦ πατρὸς Δακτύλου καὶ τῆς μητρὸς Ἴδης.* Adde Steph. B. v. *Δάρδανος.* Phot. Lex. v. *Ζάμολξις, Πραξιδίκη, Σαβοί.* Schol. Ven. Il. *τ*, 291. *υ*, 234. Scripsit item Mnaseas Pataraeus *Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγήν* (v. Schol. ad Hes. Th. 117. Phot. Lex. v. *Ὑμεῖς, ὦ Μεγαρεῖς*), quae item ad res sacras Graecorum atque, ut postea exponetur, ad Hesiodum imprimis eiusque scholam attinebat, et si Pataraeus Mnaseas est is, quem in iis numerat Varro de re rust. I, 1., qui Graece de agris colendis scripserunt, Columella

vero I, 1. cum Bacchio dicit Milesium, haberemus etiam Operum Hesiodi aemulum Mnaseam. Mirum est etiam Mnaseam Corcyraeum didactica carmina tam cosmologica quam astronomica et georgica composuisse, de quibus vide inscriptionem apud Boeckh. n. 1907. a. T. II. p. 36. Iam vero, quaeret quispiam, quum Mnaseas ille Alexandrinorum tempore vixerit (v. Lobeck. Aglaoph. p. 1221. cf. Welcker. Tril. p. 240.), qui tandem Hesiodi filius, i. e. *Ἡσιοδίδης* probabili modo dici potuit? Eodem arbitror iure, ut etiam posteris temporibus *Ὁμηρίδαι* et *Ἀσκληπιάδαι* inveniebantur, qui gentem suam ab Homero et Aesculapio propter artem, qua pollebant, derivarent. Similiter Acusilaus et Eumelus in Hesiodidis haberi poterant, si contuleris Clem. Al. Strom. VI. p. 629. A: *τὰ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὔμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι*, et Walz. Rhet. IX. p. 144: *Ἀκουσίλεως καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς ἐν θεογονίαις*, nec minore iure Hecataeus et Pherecydes, quum genealogi essent. Quid? quod etiam Empedocles, qui Theogoniam scripsit (v. Karsten. p. 73.), cuius *καθαρμοί* a Cleomene rhapsodo Olympiae sunt declamitati (v. Athen. XIV. p. 620., Karsten. p. 40.), tantam cum Hesiodo familiaritatem prodit, ut ipse Hesiodidam appellare sese possit? Sic, ut paucis defungar, p. 84. Karsten. apud Empedoclem habes *μυρίᾰς ὥρᾰς*, de quo accusativo post dixerimus, p. 86, 19: *ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται* (v. Hes. Th. 800.), p. 92, 60: *σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ χαίρων* (v. Fragm. CXCIX.), p. 116: *ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσι* (Theog. 673.), p. 128, 298: *οἴδματι θῦον* (v. Th. 131. coll. Homer.), p. 138: *οὔτ' ἀπό οἱ νώτων γε δύω κλάδοι ἀΐσσουσιν* (cf. Oper. 742. *πέντοζος*); al. Iam vero etiam patebit, cur Hesiodi gentem ad Orpheum revocaverint Hellanicus, Pherecydes, Damastes, si Aristophanis verba comparaveris Ran. 1059: *Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι* (v. Pausan. IX, 30.). Hoc enim ad didacticum poesis genus proprie attinet. Nec minus apte Aesopum se dixisse discipulum Hesiodi tradiderunt, quod inventio fabulae ethicae, quam *αἶνον* appellavit antiqua aetas, adscribitur poetae Ascraeo (v. *Ἔργ.* 200. Theog. 594. cf. Schol. Aristid. p. 728.). Sic etiam Quintilian. Inst. V, 11: si originem non ab Aesopo acceperunt fabulae (nam videtur earum primus auctor Hesiodus), nomine tamen Aesopi maxime celebrantur, nec minore iure id fieri potuit atque Anaximander Thaletis di-

scipulus dictus est[11]). Si igitur scholam Hesiodiam statuimus, non hoc crassa Minerva ita intelligendum est, ac si certa quaedam praecepta a senioribus magistris poetis iunioribus discipulis in subselliis audientibus tradita essent, quemadmodum id medio aevo factum est in Germania, sed prorsus eodem modo, ac nunc de schola quadam Goethiana vel Schilleriana loquimur, quorum auctores tantum abest ut praecepta sua publice tradiderint, nihil ut magis sit eorum naturae et indoli contrarium. Sed agnovisse veteres certam quandam Hesiodiae poesis causam et rationem iam eo intelligitur, quod carmina quaedam mythologica vel didactica, multo post Hesiodi tempora facta, nihilo minus Hesiodo eam ob causam tribuerunt, quod quasi patrem hunc habuerunt poesis didacticae, certum quendam intelligentiarum orbem complexae, quum ante Hesiodum singula tantum huius poesis conamina facta essent. Ipsum autem nomen Hesiodi poetae, quanquam in prooemio Theogoniae legitur, de quo post dicetur, certum quoddam poesis genus declarare videtur, quemadmodum Lino id evenit et Stesichori nomen Tisiae poetae inditum est et Theophrasti cognomen Tyrtamo et artificibus quibusdam *Εὔχειρ*. Hoc vel ii indicarunt, qui Aeoles pro *Ἡσίοδος* dixisse tradiderunt *Αἰσίοδος* (v. Etym. M. p. 452, 36: *ἀλλ' ἰδοὺ τὸ Ἡσίοδος καὶ ἡμίονος Αἰσίοδος καὶ αἰμίονος λέγουσιν* [*οἱ Αἰολεῖς*]), quod, si verum poetae nomen fuisset, sine dubio legeremus in Theogoniae prooemio, nunc autem hanc nominis formam excogitasse ii putandi sunt, qui *αἰσίαν ὁδὸν σοφίας* (cf. Pindar. N. IX, 18.) monstrasse Hesiodum arbitrabantur. Ita enim Etym. M. p. 438, 20., cuius etiam Marckscheffelius memor fuit p. 69.: *Ἡσίοδος ὄνομα κύριον, ὁ τὴν αἰσίαν ὁδὸν πορευόμενος· Ἔργα γὰρ καὶ Ἡμέρας ἔγραψε πρὸς τὴν βίον ἐργασίαν καὶ νομοθεσίαν.* Cf. Ahrens de dial. Aeol. p. 96. Eodem modo Pindarum fama erat de Hesiodo scripsisse *ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης*, et *σοφιστής* Hesiodus dictus est a Cratino. Sed neque ad hanc nominis conversionem opus erat ut confugerent, neque ad Welckeri sententiam, qui cum *ᾄδω* cognatum esse nomen olim putabat (Trilog. p. 12.). Potius duplicis originationis via patet: aut deducas necesse est ab *ἵημι* et *ὁδός*, in qua ego sen-

---

[11]) Recte praeterea Welckerus (Rhein. Mus. VI. p. 389.) *τὴν Αἰσώπου ἀναβίωσιν* comparavit cum Hesiodi repetita vita. Poterat etiam Aeolicam, quam dixerunt, nominis Hesiodi formam cum Aesopi nomine comparare.

tentia olim cum Etym. M. p. 438. fui, ut quasi ἡγεμὼν ὁδοῦ virtutis et scientiae, i. e. parens philosophiae Hesiodus esse videretur, quanquam haec significatio subobscure hoc nomine indicatur, aut ab ἥδομαι vel ἥδω et ὁδός, ut is significetur, qui gaudeat ea via, quam rectam demonstravit; ὁδός enim dicitur et de consilio a diis dato per sortes (Aristoph. Eq. 1024.), et de via, quam philosophi monstrant (v. Parmenid. p. 28. 30. 32. 36. Karstenii); atque hoc alterum sane melius esse videtur altero. Si statuimus igitur nomine Hesiodi certum quoddam poesis genus indicari, non unum fuisse Hesiodum, sed plures per se intelligetur, perspicuumque erit, qui fabula illa oriri potuerit, quae Chalcide in Amphidamantis exsequiis factum certamen Hesiodi cum Homero fingebat: non facile enim erraveris, si ab *Hesiodo* quodam et Homero aliquo (etiam Homeri nomen certum genus poesis significat; v. Welcker. Epischer Cyclus p. 122.) seu a poetis Hesiodiae et Homericae scholae institutum esse hoc certamen statueris. Quodsi igitur in Certamine Homeri et Hesiodi p. 315. Panides fingitur Hesiodo adiudicasse victoriam, discimus inde poesin didacticam Chalcide magis floruisse magisque fuisse acceptam quam Homericam. Quocirca apud alios, qui Homericam praeferebant poesin, in reprehensionem ita incurrit Panides, ut Πανείδου ψῆφος de iis, qui inerudite et minus sapienter iudicassent, abiret in proverbium. Illius autem Certaminis auctorem esse Leschem quendam, non antiquum Pyrrhaeum, sed multo recentiorem, non improbabile videtur. Sic enim Plutarch. Conviv. Sept. Sapient. 10: Ἀκούομεν γὰρ ὅτι καὶ πρὸς τὰς Ἀμφιδάμαντος ταφὰς ἐς Χαλκίδα τῶν τότε σοφῶν οἱ δοκιμώτατοι ποιηταὶ συνῆλθον. (ἦν δὲ ὁ Ἀμφιδάμας ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ πολλὰ πράγματα παρασχὼν Ἐρετριεῦσιν ἐν ταῖς περὶ Ληλάντου μάχαις ἔπεσεν.) ἐπεὶ δὲ τὰ παρεσκευασμένα τοῖς ποιηταῖς ἔπη χαλεπὴν καὶ δύσκολον ἐποίει τὴν κρίσιν διὰ τὸ ἐφάμιλλον ἥ τε δόξα τῶν ἀγωνιστῶν, Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, πολλὴν ἀπορίαν μετὰ αἰδοῦς τοῖς κρίνουσι παρεῖχεν, ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις καὶ προὔβαλον μέν, ὥς φησι Λέσχης·

> Μοῦσά μοι ἔννεπ' ἐκεῖνα, τὰ μήτ' ἐγένοντο πάροιθεν
> μήτ' ἔσται μετόπισθεν.

ἀπεκρίνατο δὲ Ἡσίοδος ἐκ τοῦ παρατυχόντος·

> ἀλλ' ὅταν ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
> ἅρματα συντρίψωσιν ἐπειγόμενοι περὶ νίκης.

Haec memoriter laudari a Plutarcho, ut alias saepissime fecit, certum est. Quis enim crediderit alterum ita quaesivisse ex al-

tero, ut hemistichio quaestionem finiret, Hesiodum vero respondisse ad Homeri quaestionem verbis *ἀλλ' ὅταν*, quae ne plenam quidem responsionem continent? Si Certamen comparaveris p. 316., longe aptiora invenies: *Ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀχθεσθεὶς ἐπὶ τῇ Ὁμήρου εὐημερίᾳ ἐπὶ τὴν τῶν ἀπόρων ὥρμησεν ἐπερώτησιν καί φησι τούσδε τοὺς στίχους·*

*Μοῦσ', ἄγε μοι τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα·*
*τῶν μὲν μηδὲν ἄειδε, σὺ δ' ἄλλης μνῆσαι ἀοιδῆς.*

*ὁ δὲ Ὅμηρος βουλόμενος ἀκολούθως τὸ ἄπορον λῦσαί φησιν·*

*οὐδέποτ' ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι*
*ἅρματα συντρίψουσιν ἐρίζοντες περὶ νίκης.*

Ex hoc commate responsionem Homeri apud Plutarchum emendabis. Sed etiam Hesiodi quaestio in Certamine vitio quodam laborat. Videtur enim pro *ΜΟΥΣΑΓΕΜΟΙ* legendum esse *ΜΟΥΣΑΛΕΓΕΙ*: hoc enim versu:

*Μοῦσα λέγει τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα,*

auctor Certaminis alludere videtur ad Il. I, 70. et Theog. 32., cui deinceps contrarium addit, de quo ab Homero cani postulat. Si memoriter Plutarchus Certamen laudavit, facile etiam intelligitur, cur personas confudisse videatur, quum id, quod Hesiodus quaerit apud auctorem Certaminis, Plutarchus Homero adscripserit. Praeterea apud eundem Plutarchum legendum esse videtur: *καὶ προὔβαλ' ὁ μέν, ὥς φησι Λέσχης.* Quidquid statuas de loco Plutarchi, Lesches auctor Certaminis usque recurret; nam improbabilis est Welckeri (de Cycl. p. 269.) coniectura, qua antiquus Lesches utpote Homericus poeta Chalcide interfuerit certamini, et Hermanni etiam legentis: *ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις καὶ λέσχας καὶ προὔβαλεν ὁ μέν, ὥς φασι,* quae refragatur Periandri apud Plutarchum argumentationi. Marckscheffelii autem argumentum, quo contra me usus est p. 38., nullo modo probari poterit. Sic enim ille: „quae opinio (de Certaminis auctoris nomine e Plutarcho eliciendo) eo magis reiicienda est, quod opusculum illud Plutarcheo libello recentius videtur." In Certamine p. 314. divi Hadriani fit mentio, sed superstitem huic imperatori fuisse Plutarchum admodum probabile est, certe demonstrari non poterit contrarium. Quid impedit igitur, quominus Plutarcho hoc Certamen notum fuisse credamus?

Sed revertimur ad Hesiodios poetas. Pro eorum secta si dico etiam Teleclidis comoediam loqui, quam *Ἡσιόδους*, non *Ἡσίοδον*, inscripsit (v. Meinekii histor. crit. comicorum Graecorum p. 88.),

fortasse habebo eos adversarios, qui ex Cratini Archilochiis eodem iure sectam Archilochiam elici posse asseverabunt. Sed mirum quantum haec differunt. Archilochi enim nomen in praedicatum paulatim abiit, Hesiodi vero si plures dicuntur, non potest id aliter intelligi quam de via ac ratione poesis, quam sectati sint; pronum est igitur intelligere Archilochos Cratini chorum quasi sugillatorum constituisse, Teleclidis vero Hesiodos eorum, qui ex mente Ascraei poetae, i. e. ex utilitate de poematis, quorum frequens apud Teleclidem mentio erat, iudicarent. Haec autem utilitas (*ὡς ὠφέλιμοι τῶν ποιητῶν οἱ γενναῖοι γεγένηνται*) cur in Boeotia atque in adiacentibus regionibus imprimis accepta fuerit, non mirabitur is, qui hunc omnem Graeciae tractum prae ceteris omnibus favisse et vaticiniis et oraculis meminerit. Boeoti enim, ut de ceteris taceam, Tiresias et Bacis (cuius nomen derivandum esse a *βάξει* satis videtur patere, si versus Empedoclei meminerimus de vaticiniis: *ἐπύθοντο κλύειν εὐηχέα βάξιν*. V. Karsten. Empedocl. rel. p. 144.) erant vatum Graecorum omnium celeberrimi, in Boeotia prima exorta Sibylla est (Plut. de Pyth. or. 9.), in Boeotia praeter alia imprimis Trophonii et Amphiarai oracula nobilitata erant (verum est enim quod legimus apud Plutarchum de def. Or. 5: *τὴν Βοιωτίαν ἕνεκα χρηστηρίων πολύφωνον ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις*), quae per multa saecula floruerunt, unum autem, Sphingis, cuius auctoritas fracta ab Oedipode est. Sphingem enim facile quis cum Lamia monstro comparaverit, quod sedem suam aliquando in ea regione habuisse fama erat, quam postea Apollo Pythius occupavit. Eius autem *αἴνιγμα* oraculum fuisse, simile illud Delphico *γνῶθι σεαυτόν*, postea demonstrabitur. Sed ante instituta haec oracula Delphico imprimis se applicuisse Boeotos testis est Pausanias IX, 40, 1. Quid igitur mirum, si Apollo, conditor oraculorum, radix et corona est fabulosi stemmatis Hesiodii, quid mirum, si schola poesis didactica etiam ad sacrae Delphorum sedis elocutionem, qua totius Graeciae religio cultusque tanquam firmo quodam fundamento nitebatur (v. Theog. 497. Pausan. X, 24.) hominesque quid facerent, quid sinerent, edocebantur philosophicisque atque imprimis ethicis sententiis instituebantur, ut *Εἶ* illo Delphico, quo homines admirabilis suae originis admonebantur (nam *εἶ* est verbi substantivi secunda persona), sententia celeberrima *γνῶθι σεαυτόν*, quae totius ethices est principium, dicto *μηδὲν ἄγαν* (sc. *ποίει*), Aristoteliae mediocritatis fundo, ne quid de illustri Deliaco epigrammate dicam, cuius memor item Aristoteles

fuit Eth. Nic. I, 9., quid igitur mirum, si ad hanc sapientiam suum quodammodo ingenium etiam schola ista conformavit, quum argumentum poesios didacticae cum causa oraculorum prorsus conspiraret? Quod de Delphici oraculi gravitate dixi confirmat locus egregius Th. 499., quo insignes honores huius oraculi uno verbo prosequitur Hesiodus. Dixi de hac re ad v. 497. Est autem hic locus gravissimus etiam propterea, quod Dodonaei oraculi, Pelasgici illius, ne mentio quidem iniicitur in tota Theogonia, quanquam eius meminit prooemii auctor proverbio illo, de quo scripsi ad v. 35. Th. Scilicet Epirus, in qua situm erat oraculum Dodonaeum, ad Graeciam non vere pertinere arbitrabantur antiquiores Graeci (cf. animadvers. ad Th. 189.).

Homerica igitur et Hesiodia poesis quomodo inter se differant, diligentius hoc loco videtur declarandum esse. Quod ad argumentum attinet, hanc diversitatem recte iam exposuisse videtur is, qui Musas in Theogoniae prooemio sic dicentes introduxit: *ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα, ἴδμεν δ', εὖτ' ἐθέλωμεν, ἀληθέα μυθήσασθαι.* Qui ita dixit, *τοῖς ψεύδεσι* sine dubio notare alteram poesios epicae, quam Homericam diximus, rationem voluit, quum *τοῖς ἀληθέσιν* Hesiodiam laudare in animo esset. Nec dubitabit de hac re qui loci Pindarici Nem. VII, 30. meminerit: *ἐγὼ δὲ πλέον' ἔλπομαι Λόγον 'Οδυσσέος ἢ πάθεν διὰ τὸν ἀδυεπῆ*[12]*) γενέσθ' Ὅμηρον. Ἐπεὶ ψεύδεσί οἱ ποτανᾷ τε μαχανᾷ Σεμνὸν ἔπεστί τι.* Illa autem *ἀληθέα* tam ad deos quam ad mores hominum pertinent, qui etiam ab oraculis reguntur. Porro Homeri secta fidibus canebat, quum carmina sua recitabat, Hesiodii vero poetae assa voce stantes decantare vel potius declamitare poemata solebant sine citharae modis. Pausan. X, 7, 2: *λέγεται δὲ καὶ Ἡσίοδον ἀπελασθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένον.* Recte igitur axamenta vel assamenta dici poterunt, quemadmodum carmina Saliaria dicebantur, quae quum item theogoniam Romanorum continerent, etiam sine tibiarum cantu proferebantur. Stantes autem id fecisse poetas et per se probabile est et demonstratur loco Luciani (Icaromen. c. 27.): *καὶ αἱ*

---

12) Solo hoc vocabulo sufficiebat id significare. V. Herodot. VII, 101: *ὦ βασιλεῦ, κότερα ἀληθηΐῃ χρήσομαι πρός σε ἢ ἡδονῇ;* Thuc. VI, 17: *εἴ τι καθ' ἡδονὴν λέγοιτο.* Aeschines c. Ctesiph. p. 71, 34. HSt.: *πότερα τἀληθὲς εἴπω ἢ τὸ ἥδιστον ἀκοῦσαι;* Callim. Ep. XIV, 5: *οὗτος ἐμὸς λόγος ὗμμιν ἀληθινός, εἰ δὲ τὸν ἡδὺν βούλει κ. τ. λ.*

*Μοῦσαι ἀναστᾶσαι τῆς Ἡσιόδου Θεογονίας ἦσαν*, quod recte Boeckhius ad Pind. fragm. p. 560. notavit. Cf. Cert. p. 325. Atque eodem modo sine musica oracula proferri postulabant antiquissimi mores Graecorum (Plut. de Pyth. orac. 22.). Deinde lauri ramum vel bacillum (*ῥάβδον, σκῆπτρον*; v. Theog. prooem. 30. Pausan. IX, 30.) manu tenebant Hesiodii poetae quum orabant. Ea enim erat lauri virtus secundum Graecos, ut et canentes vaticinandi facultate impleret (*ἐκστατικοὺς ἐποίει*) et promptos ad audiendum animos inspiraret audientibus (cf. O. Mueller. Dor. I. p. 336.). Hunc bacilli usum recte Nitzschius (de histor. Homeri p. 139.) comparavit cum more Graecorum in epulis ad ramum lauri vel myrti scolia canendi, ad idemque genus pertinere videatur tum *εἰρεσιῶναι*, tum frondes supplicantium, quibus persuadere cupiunt hominibus, a quibus mitiorem sortem exspectant, tum rami Panathenaeis a libertinis portati (v. Bekker. Anecd. I. p. 242.), tum sceptrum, quod apud Homerum manu tenere solent praecones (sunt autem poetae *θεῶν ἄγγελοι καὶ κήρυκες* secundum Plutarchum de Pyth. or. 22.) et orantes in concione, tum Mercurii *ῥάβδος* (Il. XXIV, 343.). Atque propter hanc artem declamitandi sine citharae modis procul dubio hi poetae dicti sunt rhapsodi, quorum primum fuisse Hesiodum Nicocles dixit ap. Schol. Pind. Nem. II, 1., quum Homerici poetae Aoedi vel *ἐπῶν ποιηταί* dicerentur. Exposuit de hac re Pausanias IX, 30: *κάθηται δὲ καὶ Ἡσίοδος κιθάραν ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχων, οὐδέν τι οἰκεῖον Ἡσιόδῳ φόρημα· δῆλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν, ὅτι ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης ᾖδε.* Cf. eund. X, 7, 2. Fuerunt igitur qui *ῥαψῳδόν* vocabulum a *ῥάβδῳ* deducerent, ut Callim. fragm. 138. Bentl., Dionysius Thrax qui dicitur ap. Bekk. Anecd. p. 630: *εἴρηται δὲ ῥαψῳδία οἱονεὶ ῥαβδῳδία τις οὖσα ἀπὸ τοῦ δαφνίνῃ ῥάβδῳ* (*συμβόλῳ Ἀπολλωνιακῷ* secundum Grammaticum Bekk. p. 766.) *περιερχομένους ᾄδειν τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα*, Tzetzes Exeg. Hom. p. 45. Neque ipsi adeo Pindaro ignota fuit originatio ista (Isthm. III, 55.). Tamen dubium esse non potest, quin falsa sit haec etymologia, quam probaverat olim Dissenius Pind. p. 362. Boeckh. Welckerusque imprimis sustentavit Ep. Cycl., quum ad *ῥάπτειν* potius vocabulum pertineat. Hoc ipse Hesiodus indicasse dicitur fragm. CCXXVII:

*Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ*
*Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν,*

et ipse Pindarus Nem. II, 1. atque eodem pertinent Luciani verba (*Διάλ. πρὸς Ἡσίοδον* c. 4.) *ὅτι μηδέν ἐστι τῶν ἐῤῥαψῳ-*

δημένων ὑπ' ἐμοῦ. Quae autem erit vera huius nominis significatio? Wolfius Prolegg. p. XCVI. ita: „Quae quidem est vera etymologia (παρὰ τὸ ῥάπτειν ᾠδήν), sed ex antiquiorum temporum ingenio interpretanda. Quippe aliud est breviora carmina modo et ordine publicae recitationi apto connectere, seu, ut Pindari Schol. ait, εἱρμόν τινα καὶ ῥαφὴν adhibere, aliud centonem consuere." Quibus post pauca addidit: „simpliciter ad cantum rhapsodicum trahenda est locutio ῥάπτειν ἀοιδήν in versibus Hesiodo tributis ap. Schol. Pindari;" neque dubium esse potest, quin ἀοιδοί in his versibus proprie adiectum sit propter Homerum, quum ῥάψαντες ἀοιδήν pertinere ad Hesiodum videatur: ῥάπτειν enim ᾠδήν nihil est aliud quam declamare carmina, atque quemadmodum recte sermonem Latinorum derivamus a serendis vel conserendis verbis, sic etiam ῥάπτειν (non συῤῥάπτειν) ᾠδήν dicitur de serendis carminibus, i. e. de pronuntianda bene contexta oratione. Ipse enim facundus nepos Atlantis Ἑρμῆς dicitur a serendo sermone. De Xenophane philosopho, quem publice declamasse sua, non aliena carmina constat, Diogenes Laert. eodem vocabulo utitur IX, 2, 3: Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐῤῥαψῴδει τὰ ἑαυτοῦ. Haec rhapsodorum et poetarum epicorum diversitas agnoscitur etiam in titulis Orchomeniis n. 1583. Boeckh., ubi sic: ποιειτὰς Μήστωρ Μήστορος Φωκαιεύς, et: ῥαψαϝυδὸς Κράτων Κλίωνος Θειβεῖος, et n. 1584., ubi ῥαψῳδὸς Νουμήνιος Νουμηνίου Ἀθηναῖος, ποιητὴς ἐπῶν Ἀμινίας Ἀπολλοδότου Κρησαῖος. Cf. n. 1585. 1587. Sed quid, si etiam Homeri singula carmina rhapsodiae dicebantur? Nempe factum id est postero tempore, quo etiam Homeri carmina sine fidibus a rhapsodis declamitabantur, postea tragico etiam ad hoc negotium instructis vestitu et armatis. V. Platon. Ion. p. 530. Xenophon. Mem. IV, 2, 10. Athen. XIV. p. 620. C. Achilles Tat. III, 20. Cf. Meier. v. Panathenaeen in Encycl. p. 284 sq. Primus videtur Cynaethus Chius fuisse, qui hanc sine fidibus carmina recitandi rationem ad Homericam poesin transferret, de quo v. Welcker. Ep. Cycl. p. 358. Atque immutata semel hac rhapsodi vocabuli significatione eo etiam perventum est, ut rhapsodi histrionibus et choreutis opponerentur, i. e. dramaticis et lyricis (v. Platon. Polit. I. p. 373. B. Legg. II. p. 658.) Sed procedente tempore ita immutata est etiam Hesiodiorum carminum recitatio, ut ad lyram canerentur. Athen. XIV. p. 620. C: Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελῳδηθῆναί φησιν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου,

*ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου.* Plutarch. Symp. IX, 1: *Διὸ πρῶτον μὲν ἐκέλευσεν ᾆσαι τὸν Ἐράτωνα πρὸς τὴν λύραν. ᾄσαντος δὲ τὰ πρῶτα τῶν Ἔργων· οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἐπῄνεσεν κτλ.*

Sed non solum in recitandis carminibus Hesiodia poesis se applicabat ad oraculi Delphici rationem, verum etiam aliis in rebus non minus gravibus. Magnam enim Hesiodi carmina familiaritatem produnt cum Pythiorum sacerdotum oraculis eorumque toto loquendi modo. Sic Pythia apud Herodotum VI, 86. versu quodam utitur, qui nunc legitur in Operibus Hesiodi 283: *ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.* Quid? quod Hesiodus fratrem, quem adhortatur, *μέγα νήπιε Πέρση* (Ἔργ. 286.) alloquitur, nonne pertinet ad idem plane genus admonitionum, quo Pythia utitur etiam adversus reges? Apud Herodotum enim (I, 85.) de Croeso dictum est *μέγα νήπιε Κροῖσε.* Porro Fragm. Hesiodi 163. h. edit. apud Etymologum M. p. 13, 36. dicitur *χρησμός* quidam. Accedit, quod Ἔργ. v. 180. 181. oraculum esse diximus (v. h. l.). Denique oraculum Pythium sortes suas plerumque *ἀλλά* particula inchoare notissimum est. Similiter certe Hesiodus: *Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην Ἐρίδων γένος.* Quod ad elocutionem ipsam oraculi attinet, Heraclitus Ephesius optime dixit: *ὁ ἄναξ, οὗ τὸ μαντεῖόν ἐστιν ἐν Δελφοῖς, οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει* (Plut. de Pyth. or. 21.). Atque hoc vocabulo plerumque usum esse videtur oraculum Dodonaeum. V. Demosth. c. Mid. p. 531: *τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει.* Hoc autem quid sit, planius deinceps exposuit Plutarchus (de Pyth. or. 24.): *φιλοσοφία δὲ τὸ σαφὲς καὶ διδασκαλικὸν ἀσπασαμένη μᾶλλον ἢ τὸ ἐκπλῆττον διὰ λόγων ἐποιεῖτο τὴν ζήτησιν, ἀπέπαυσε δὲ τὴν Πυθίαν ὁ θεὸς πυρικάους μὲν ὀνομάζουσαν τοὺς αὐτῆς πολίτας, ὀφιοβόρους δὲ τοὺς Σπαρτιάτας, ὀρεᾶνας δὲ τοὺς ἄνδρας, ὀρεμπότας δὲ τοὺς ποταμούς.* Hinc colligitur Pythiam adamasse praecipue poeticam rationem eam, quae pro nomine rei utitur eius praedicatis iisque paulo obscurioribus. Sic Delphi dicebantur *πυρίκαοι* (vel *πυρίκηοι*), Thessali *ποικιλόδιφροι*, Arcades *βαλανηφάγοι*, Corinthii *χοινικομέτραι* (Athen. VI. p. 272. B., quem allegavit Lobeckius Aglaoph. p. 845.), Spartani *ὀφιβόροι* [vel potius *ὀπφιβόροι*; *βόρους* dixisse videtur pro: *ὀδοῦσι*; nam Sparti sunt nati e satis a Cadmo draconis, *ὄφεως*, dentibus, ut ambiguum esse videretur, utrum Spartanos an Thebanos intellexerit oraculum, quod Aristoteles (Mir.

Ausc. 24.) habet; ὀφιόδειροι mutandum esse videtur in ὀφιόχειροι s. ὀπφιόχειροι], homines ὀρεᾶνες, quod primi homines ut Cyclopes habitabant δι' ἄκριας ἠνεμοέσσας, flumina ὀρεμπόται, quod in montibus nascuntur. Eandem rationem secutus est Orpheus sic dictus secundum Epigenem apud Clement. Alex. Strom. V. p. 571. A: οὐχὶ καὶ Ἐπιγένης ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφέως ποιήσεως τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ὀρφεῖ ἐκτιθέμενός φησι κερκίσι καμπυλόχρωσι τοῖς ἀρότροις μηνύεσθαι, στήμοσι δὲ ταῖς αὔλαξι, μίτον δὲ τὸ σπέρμα ἀλληγορεῖσθαι καὶ δάκρυα Διὸς τὸν ὄμβρον δηλοῦν, μοίρας τε αὖ τὰ μέρη τῆς σελήνης, τριακάδα καὶ πεντεκαιδεκάτην καὶ νουμηνίαν· διὸ καὶ λευκοστόλους αὐτὰς καλεῖν τὸν Ὀρφέα φωτὸς οὔσας μέρη. πάλιν ἄνθιον μὲν τὸ ἔαρ διὰ τὴν φύσιν, ἀργίδα δὲ τὴν νύκτα διὰ τὴν ἀνάπαυσιν· καὶ γοργόνιον τὴν σελήνην διὰ τὸ ἐν αὐτῇ πρόσωπον, Ἀφροδίτην τε τὸν καιρὸν καθ' ὃν δεῖ σπείρειν, λέγεσθαι παρὰ τῷ θεολόγῳ. Similiter locutos esse Pherecydem Syrium, Pythagoreos et Heraclitum Ephesium postea idem Clemens addit. Sed prae ceteris omnibus Hesiodus sacri huius stili, si ita dicere licet, exempla habet, plura in Operibus, pauca in Theogonia, quorum quaedam etiam in comparationem vocavit Lobeckius Aglaoph. p. 850. Sic φερέοικος (573.), ἀνόστεος (526.), πέντοζος (744, quod imitatum esse Empedoclem supra monuimus), χλωρὸν et αὖον (744.), ἴδρις (756.), ἡμερόκοιτος ἀνήρ (605.), χειροδίκης (v. 189.) pro iniusto, μῦθοι σκολιοί (494.) et δίκαι σκολιαί (221.), εὐφρόνη (560.) pro nocte, quo vocabulo Homerus non usus est, νηὸς πτερά (628.). Cuius loquendi rationis vix unum exemplum reperies in Theogonia, nisi exceperis γλαύκη de mari dictum v. 440., de quo ut ab Orphico profectum (nam totus ille locus non est Hesiodi) ambiguum est; in Homero nullum inveneris praeter ἁλὸς ἵππους, quo modo ille naves dicit; quaedam habet Aeschylus, qui cum Pythagora proxime accedit ad hanc inventionem vocabulorum, ut ἀνθεμουργός (Pers. 604.) pro ape, ἀμίαντος (Pers. 570.) pro mari, χαλκοῦ βαφαί (Agam. 598) pro caede al. In promptu est igitur intelligere dialectum deorum quae apud Homerum dicitur nec posteris temporibus desiisse. Sed non solum singulis vocabulis haec dialectus oraculi insignis erat, verum etiam figurarum obscura inventione, cuius aptissima exempla etiam Lobeckius proposuit Aglaoph. p. 842, alterum

Ἱστοβοῆϊ γέροντι νέην ποτίβαλλε κορώνην,

alterum

*Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν,*
*μὴ λύσῃς κ. τ. λ.*

Tertium est apud Thucyd. V, 16. His oraculis simillima sunt ea, quibus Delphicum spirans ingenium Hesiodus usus est: sic Ἔργων 744: *Μηδέποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν*, 748: *μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥήκτων* (l. *ἀνεπιξέστων*) *ἀνελόντα ἔσθειν μηδὲ λόεσθαι*, 40. *νήπιοι οὐδὲ ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ*. Eodem pertinet quod Pythagoras, philosophus vere Apollinaris et Delphicus, plura symbola ex Hesiodo recepit (v. annot. ad Ἔργ. 727. 741. 748.), alia maximam similitudinem habent cum Hesiodiis et cum ratione elocutionis oraculi Delphici (v. Plutarch. de educ. liber. 17., Athen. X. p. 452.), nec multum ab his diversum fuisse videtur carmen Appii Claudii Caeci, quod Cicero (Disp. Tusc. IV, 2.) Pythagoreum dixit fuisse. Is enim, qui quemque suae fortunae fabrum esse dicebat, non longe aberat a tota hac loquendi ratione. Accedit aliud. Fabulas, seu *αἴνους*, invenisse Hesiodum fama erat propter Ἔργ. 202.; *αἶνος* vero nihil aliud est quam *αἴνιγμα*, i. e. sententia, cuius tecta est significatio, ita ut oraculum videatur ethicum esse, quale Sphingis fuit, notum illud Hesiodo (Ἔργ. 533.). Animadvertendum igitur etiam hos *αἴνους* in oraculis quodammodo habendos esse. Sed alia praeterea sunt animadvertenda. Dialecto epica in universum usa est Pythia, quod versum epicum adhibuit, exemplum omnium Graecorum secuta, qui formam eam, qua vel poeta aliquis vel scriptor prae ceteris excelluit, sequi solebant; cuius rei nobilissimum exemplum est Herodotus, qui, ipse Doriensis, Ionica dialecto eam ob causam scripsit, quod logographi antiqui hac dialecto usi erant. Sed inveniuntur etiam in oraculis quaedam Dorismi vestigia, ut apud Herodot. IV, 157, 159., nisi huc pertinere putabis oraculum Delphicum apud Demosth. c. Mid. p. 531., et in fictis oraculis apud Aristophanem Equitibus; neque Aeolica dialecto prorsus abstinuisse oracula Boeotica testis est Plutarch. de def. or. 5. loco mutilo. Non mirum igitur etiam Hesiodum, qui epica dialecto utebatur, Doricas quasdam et Aeolicas locutionis formas admiscuisse. Atque propter digammum Aeolicum praeter ea exempla, quae etiam apud Homerum inveniuntur, imprimis notanda sunt: *κανάξαις* pro *καϜάξαις* (Ἔργ. 666. 693.), *πιφαύσκω* (pro *πιφάϜσκω*), ut habent codd. Theog. 555. secundum Aristarchum ap. Eustath. Od. p. 1654, 129.;

praeterea huc pertinet ἄεισι pro ἄησι Theog. 875., ἔγεντο Th. 705., elisa ultima vocali in praepositione περί Theog. 678. περίαχε, Th. 733. περοίχεται (v. Ahrens de dial. Aeol. p. 56., sic in Delphica inscriptione ap. Boeckh. Corp. Inscr. I. p. 809.), μείς pro μήν Op. 557. certe Boeoticum est, ut habet inscriptio Boeotica apud Boeckh. Corp. I. p. 741, 1. 13. 25., quanquam aliter de hac re statuit Spitznerus ad Il. XIX, 116. In casibus obliquis non μενός etc., ut in inscriptione Boeotica legitur, sed vulgarem vocis imaginem habet Hesiodus. τρίπος (Sc. 312.) an Aeolicum dicam dubito, certe apud Athenaeum VII. p. 316. A. πωλύπος Aeolicum esse legitur (v. Ahrens de dial. Aeol. p. 114.), ἔρος Th. 120. 201. 910. a scholiastis Aeolicum dicitur, quanquam etiam apud Homerum legitur. Porro ex Aeolica vel Dorica dialecto profecta esse dicuntur duo exempla genitivi pluralis in ᾶν exeuntis, μελιᾶν Oper. 144., Theog. 41. θεᾶν, accusativus pluralis primae declinationis correptus, ut κούρας (Th. 60.), πᾶσας (Th. 184.), Ἄρπυιας (Th. 267.), βουλάς (Th. 534.), εἰρέας (Th. 804.), δεινάς (Oper. 673.), Σκύθας Fragm. CXC., accusativus pluralis secundae declinationis correptus, ut λαγός Scut. 302. Ἄπλατος, de quo dixi ad Theog. 151., nolo hic commemorare, quod meliores codices pro hoc vocabulo habent aut ἄπλαστος aut ἄπλητος, ut Epicum decebat et Atticum (de aliis Doridis vocabulis ab Atticorum Tragicis usurpatis v. Porson. ad Eur. Or. 26.). Ad idem tamen genus pertinere videtur καλός priore correpta (Theog. 585. Oper. 63. Cf. Herm. Orph. p. 817.), quod eo magis mirere, quod Pythia ap. Herod. V, 92. longa utitur priore, ut ipse Hesiodus Th. 201., et χρυσείην prima brevi (Scut. 199.), si recte ita ibi legitur; χρυσάορ (Th. 280.) bisyllabum esse potuit propter duplicem usum vocabuli ἄορ et ἄορ. Praeterea schema sic dictum Boeoticum saepius legitur in Hesiodo (Th. 791. 875. Scut. 113. 245. 154.), ἐν praepositionis coniunctio cum accusativo Th. 784. Psilosios vere Aeolicae mireris non plura inveniri exempla quam Theog. 830. Op. 423. 426. Sed huius rei causam praecipue librarios sustinere certum est. Cf. Etym. M. p. 38, 10. αἰρεύμενον. Accentus Aeolici (de quo dixi Allgem. Lehre v. Acc. p. 28.) vestigia vera inveniuntur Theog. 178., ubi ab Aristonico animadversum est λόχεος Hesiodum pronuntiasse pro λοχεός. Adde Ποσειδέων pro Ποσειδάων Theog. 732. Alia quaedam eiusdem generis, quae sciens praetereo, collegit Meyer Isler Quaestion. Hesiodiarum specim. p. 3 sq.

Denique non praetermittendum est Hesiodum usum esse alliteratione atque frequentius in Operibus quam alias, imprimis vero in iis versibus, qui seorsim paroemia quaedam habent, ut eo magis inhaererent memoriae:

*Τίκτουσιν δὲ Γυναῖκες ἐοικότα Τέκνα Γονεῦσιν* (235.)
*Λιμὸν ὁμοῦ καὶ Λοιμόν· ἀποφθινύθουσι δὲ Λαοί* (243.)
*εἴ κεν Ἀπ' Ἀλλοτρίων κτεάνων Ἀεσίφρονα θυμόν* (315.)
*ῥεῖα δέ Μιν Μαυροῦσι Θεοί, ΜινύΘουσι δὲ οἶκοι* (325.)
*ὅς τε Γονῆα Γέροντα κακῷ ἐπὶ Γήραος οὐδῷ* (331.)
*Ἁγνῶς καὶ Καθαρῶς, ἐπὶ δ' Ἀγλαὰ μηρία Καίειν* (337.)
*μὴ Κακὰ Κερδαίνειν· Κακὰ Κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν* (352.)
*τὸν Φιλέοντα Φιλεῖν καὶ τῷ Προσιόντι Προσεῖναι* (353.)
*καὶ Δόμεν ὅς κεν Δῷ καὶ μὴ Δόμεν ὅς κεν μὴ Δῷ.* (354.)
*Δώτῃ μέν τις ἔΔωκεν, ἀΔώτῃ δ' οὔτις ἔΔωκεν.* (355.)
*οἴκοι Βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ Βλαβερὸν τὸ θύρηφι* (365.)
*Ἐσθλὸν μὲν Παρεόντος Ἑλέσθαι Πῆμα δὲ θυμῷ* (366.)
*μὴ σὺ μὲν Αἰτῇς Ἄλλον, ὁ δ' Ἀρνῆται, σὺ δὲ τητᾷ* (408.)
*ἡ δ' ὥρη παραΜείβηται, Μινύθῃ δέ τοι ἔργον* (409.)
*μηδ' Ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' Αὔριον Ἔς τ' Ἔννηφιν* (410.)
*Αἰεὶ δ' Ἀμβολιεργὸς Ἀνὴρ Ἄτῃσι παλαίει* (413.)
*Ἡ δὲ Γυνὴ τέτορ' Ἡβώοι, πέμπτῳ δὲ Γαμοῖτο* (698.)
*πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδών, μὴ Γείτοσι χάρματα Γήμῃς* (701.)
*μὴ — — — — — Ὀρθὸς Ὀμιχεῖν* (727.)
*μηδέ Ποτ' ἀενάων Ποταμῶν καλλίῤῥοον ὕδωρ* (737.)
*Ποσσὶ Περᾶν, Πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα* (738.)
*μή τοι ἐφεζομένη Κρώζῃ λαΚέρυζα Κορώνη* (747.)
*μηδέ Ποτ' ἐν Προχοῇ Ποταμῶν ἅλαδε Προρεόντων* (757.)

Rariora haec exempla inveniuntur in Theogonia:

*Εἰρεῦσαι τά τ' Ἐόντα τά τ' Ἐσσόμενα πρό τ' Ἐόντα* (38.)
*Ἄζηται κραδίην Ἀκαχήμενος, Αὐτὰρ Ἀοιδός* (99.)
*Μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς Μέσσῳ ἐνέκειτο Μετώπῳ* (143.)
*Ὄμβριμοι, οὐκ Ὀνομαστοί* (148.)
*ἐσθλὴ δ' Αὖθ', ὁπότ' Ἄνδρες Ἀγῶνι Ἀεθλεύωσιν* (435.)
*Εὔχονται δ' Ἑκάτῃ καὶ Ἐρικτύπῳ Ἐννοσιγαίῳ* (441.)
*οὕτω τοι καὶ Μουνογενὴς ἐκ Μητρὸς ἐοῦσα* (448.)
*καί οἱ Πεφραδέτην ὅσα Περ Πέπρωτο γενέσθαι* (475.)
*ὅς κε Γάμον φεύγων καὶ μέρμερα ἔργα Γυναικῶν* (603.)
*μὴ Γῆμαι ἐθέλῃ, ὀλοὸν δ' ἐπὶ Γῆρας ἵκηται* (604.)
*Ἀλκτὴρ δ' Ἀθανάτοισιν Ἀρῆς γένεο κρυεροῖο* (657.)
*Ἄψοῤῥον δ' ἐξαῦτις, Ἀμειλίκτων Ἀπὸ δεσμῶν* (658.)

***

ἐξείης Πάντων Πηγαὶ καὶ Πείρατ' ἔασιν (809.)
Πυθμέν' ἔχων Παρὰ μητρὶ φίλῃ καὶ Πατρὶ ἄνακτι (933.)
Νηοπόλον Νύχιον ποιήσατο, Δαίμονα Δῖον (991.)

In Scuto notavi haec:

Ἀνδράσι τ' Ἀλφηστῇσιν Ἀρῆς Ἀλκτῆρα φυτεῦσαι (29.)
Αὐτὸν καὶ πατέρα ὅν, Ἄρην, Ἄτον πολέμοιο (59.)
τῷ Ἐπιπειθόμενος Ἐχέμεν Ἐρυσάρματας ἵππους (369.)
ἰῷ Ἀπὸ νευρῆς, Αὐτὸς δ' Ἀπαλήσεται Ἄλλῃ (409.)
Ἀντίη ἦλθεν Ἄρηος Ἐρεμνὴν Αἰγίδ' Ἔχουσα (444.)

Praetermisi multos alios locos consulto, quod alliteratio non adhibita erat in vibrantibus sententiis. Pauca huius alliterationis exempla in oraculis detexisse mihi visus sum Herod. I, 85:

Αὐδήσει γὰρ ἐν ἤματι πρῶτον Ἀνόλβῳ.

V, 92:

Ὄλβιος Οὗτος ἀνήρ, Ὃς Ἐμὸν δόμον Ἐσκαταβαίνει,
Κύψελος Ἠετίδης, βασιλεὺς Κλειτοῖο Κορίνθου·
αὐτὸς καὶ Παῖδες, Παίδων γε μὲν οὐκέτι Παῖδες.

VI, 77: *Δεινὸς ὄφις τριέλικτος ἀπώλετο Δουρὶ Δαμασθείς*, in quo oraculo etiam reliqui versus huius artis vestigia habent. Alia invenies VII, 140. in altero oraculo v. 4. 5. 6. 13. VII, 148: *Καὶ Κεφαλὴν πεφύλαξο, Κάρη δὲ τὸ Σῶμα Σαώσει.* VIII, 77: *Δῖα Δίκη σβέσσει Κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος Υἱόν,|| Δεινὸν μαιμώοντα, Δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα τίθεσθαι, || Χαλκὸς μὲν Χαλκῷ συμμίξεται, Αἵματι δ' Ἄρης.* Thuc. II, 17: *τὸ Πελασγικὸν Ἀργὸν Ἄμεινον.* Grammatici Graeci hanc alliterationem, quam diximus, in parechesios numero habuerunt, cuius tamen latius aliquanto campus patet. V. Eustath. ad Il. p. 125. et p. 797, 45, ubi Homerum dicit non fuisse huius parechesios curiosum: *ἣν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἐπετηδεύσατο, ἄλλοι δὲ πρὸ ἔργου ἔσχον.* In his **aliis** Hesiodum cum habuisse praecipue ex pagina 126, 10. concludas, ubi sic: *πολλάκις δὲ καὶ ἀμφότερα, ἤγουν διαφορὰν καὶ φωνῆς καὶ γραφῆς, ὡς τὸ Φυλέα φίλον μακάρεσσι θεοῖσι* (v. Hesiod. fragm. CCXX.) Atque ne Latinos quidem ab hac arte abstinuisse constat diligenterque de ea exposuit **Naekius** (Rheinisches Museum III. p. 324.). Tuscos ea usos esse significavi in Hist. reip. Rom. p 38., de Umbris idem monuit **Grotefend.** Rudim. ling. Umbr. IV. p. 12.

Haec omnia si quis ponderaverit, de schola didactica non dubitabit, quam si quis voluerit cum **Thierschio** (Comment. Acad. Mon 1813.) Boeoticam dicere, me non habebit adversarium, modo ne arctioribus quam par est finibus circumscribat. Iam vero exposita universa Hesiodiorum carminum ratione dicam de singulis Hesiodo adscriptis poematis.

## IV. De Hesiodi Operibus et Diebus et de *ΜΕΓΑΛΟΙΣ ΕΡΓΟΙΣ*.

**Opera** Hesiodi continere antiquissima praecepta practicae Graecorum philosophiae nemo facile erit qui neget, recteque Ἔργα initia philosophiae practicae dixit **Friesius** (Histor. Philos. I. p. 83.). Practica autem philosophia quum tripartita sit secundum Graecorum disciplinam comprehendatque Ethicam, Politicam et Oeconomicam, seu praecepta de homine, de cive, de patrefamilias, non mirandum est triplicis generis esse Hesiodi sic dicti praecepta. I. **Ethica** autem sunt v. 11—46. 202—247. 274 — 382. 708 — 764. II. **Politica** paucissima, 248 — 273., longe numerosiora III. **oeconomica**, quorum pars de eligenda uxore agit (695—705.), pars de educandis liberis (750—754.). Haec omnia sunt antiqua proverbia diversorum temporum nec magis inter se cohaerent singula, quam Theognidis gnomae (v. **Wolf**. Prolegg. p. 127.) aut ea quae Phocylidi adscribuntur praecepta et similia apud alios populos. Proverbia popularia esse vel ex eo patet, quod quaedam sunt minus liberalia (ut v. 371.), quaedam popularem spirant superstitionem, indignam poeta liberali[13]). Atque haec proverbia videntur praecipue fuisse, quae

[13]) Quin proverbia quaedam inveniuntur, quae contrariam aliorum proverbiorum sententiam continent, in quibus praecipue haberi posse v. 378. dixi p. 200. De quo versu G. **Hermannus** (Zeitschrift für Alterthumsw. 1836. p. 532.) ita: „Tertius horum versuum quum pugnare cum praecedentibus non solum Proclo, sed etiam, si Tzetzae fides est, iam Aristarcho Plutarchoque visus sit, **Doederlinus** eum ita defendendum iudicavit, ut *ἕτερον* non ad *παῖδα* referretur, sed dictum esset de possessore. Posset hoc fieri, si abessent qui praecedunt versus, sed praegressis his nemo illum versum non ad filium referet. — Recte vero omnia procedent tertio versu explicato quidem ita, uti suasit Doederlinus, sed posito ante eum, qui in libris primus (376.) est. Quum autem etiam in quarto requiratur *καί*, erit ille sic scribendus:

*ῥέα δέ κε καὶ πλεόνεσσι πόροι Ζεὺς ἄφθιτον ὄλβον.*" — Si cohaerent inter se hi versus, satius esse duco statuere *μουνογενῆ παῖδα* dictum esse eadem significatione atque *μοῦνον* explicandumque eo modo, quem indicavi p. 200. Addit Hermannus: „Praeterea haud scio an ultimum versum (380.) sic scribi praestet:

*πλείων γὰρ πολλῶν μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη.*"

Si cohaerent haec cum antecedentibus, praestat sane *γάρ*; si generalis est sententia per se spectanda, non opus erit hac correctione.

ediscenda suasit Cicero Leptae filio (ad Fam. VI, 18.). Nos igitur singula haec proverbia grandioribus initio versus literis distinximus a reliquis. Praeter haec autem in oeconomicis praeceptis alia quaedam uberiora carmina habenda sunt, quae IV. rusticis de agro colendo (383—617.) et V. mercatoribus de navigatione (618 — 694.) praecepit Hesiodus, Helotarum poeta propter id ipsum a Spartano rege dictus (cf. Dio Chrys. Or. II. p. 74 sq.). In praeceptis rusticis praeterea habendum est VI. illud Calendarium, quod Operibus adiicitur inde a v. 765. Ab his omnibus via ac ratione prorsus diversa sunt tria carmina, quorum primum VII. (v. 47—105.) de Prometheo et Pandora fabulam prosequitur, alterum VIII. (109—201.) de aetatibus a metallis appellatis agit, tertium IX. (524—558.) idque omnium recentissimum descriptionem hiemis adiicit longe a gravitate Hesiodi vel poesis didacticae alienam (cf. Twesten. Comment. crit. p. 56.). Nam ut duo priora, quanquam ubertate et cohaerentia sententiarum a proverbiis istis diversa, ethicae tamen doctrinae fere sunt consentanea, quod humanae naturae imbecillitatem et pravitatem ostendunt, ita tertium prorsus nihil habet, quod in hanc rem quicquam faciat. Ceterum imprimis etiam notandum est per apostrophen se convertere poetam ad Persem, fratrem suum, his locis: in ethicis v. 27. 212. 274. 286. 299., in rusticis v. 397., in praeceptis de navigatione v. 633. 641., in politicis vero (v. 248. 263.) ne mentio quidem iniicitur Persae, sed Reges alloquitur poeta, ad quos proprie videtur hoc argumentum pertinere. In Calendario et in tribus illis amplioribus carminibus, quae modo commemoravi, nulla omnino apostrophes mentio, neque ad Persen neque ad aliam personam certam directae. Vides igitur magnam dubitationem de uno horum carminum auctore iniici et propter diversam apostrophen, quae unum eundemque poetam in uno eodemque poemate non decet, et propter omissam prorsus apostrophen. Ac primum quidem patet vel leviter inspicientibus Calendarium istud posterius adiectum esse. *Ἔργα* enim primo appellabantur haec carmina (Pausan. IX, 31.) nec Aristophanes (Ran. 1061.) nosse videtur *ἡμέρας*, postea vero *Ἔργα καὶ Ἡμέραι*, quum Calendarium adiectum esset (cf., ut hoc exemplo utar, Etym. M. p. 38, 14.). Nec a Boeoto profectum esse potest Calendarium propter fabulam de Apolline nato die septima Thargelionis mensis (*Ἔργ.* 771.), quae ad Delios, non ad Boeotos pertinet (v. Valckenar. ad Aristob. p. 113. Mueller. Dor. I. p. 309. Cf. Lobeck. Aglaoph.

p. 434.). Simile igitur Calendarium Romanis compositum est a Cn. Flavio vel potius Appio Claudio Caeco, quem iam supra diximus Hesiodum ante oculos in carmine ethico habuisse. Calendario vero aliud carmen olim adiectum fuisse, *Ἔπη μαντικά* sive *Ὀρνιθομαντείαν* dictum (nisi haec differunt), auctor est **Proculus** ad Oper. 824: *τούτοις δὲ ἐπάγουσί τινες τὴν Ὀρνιθομαντείαν, ἅτινα Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἀθετεῖ.* Neque hanc partem novisse videtur Lucianus (*Διαλ. πρ. Ἡσίοδον.*). De his similibusque additamentis intelligenda erant verba **Pausan.** IX, 31: *καὶ ὅσα ἐπὶ ἔργοις τε καὶ ἡμέραις.* Sed etiam ceterae partes, in quibus Persis mentio non iniicitur, suo peculiari titulo gaudebant; altera (v. 47 — 105.) *Πανδώρα* vel *Πιθοιγία* (quae mihi quidem connectenda esse videtur cum v. 11 — 24., quibus a recentiore poeta adiecti sunt v. 25 — 41.), altera (109 — 201.) *Δαιμονολογία* aliquoties a grammaticis dicitur. Porro praecepta de agricolatione a **Luciano** Dial. de Hes. c. 1. dicuntur *Παραινέσεις γεωργικαί*, ab **Aristophane** Ran. 1061. *γῆς ἐργασίαι*, atque in his quidem *καρπῶν ὧραι* et *ἄροτοι*. Sic igitur etiam v. 202 — 212. *Αἶνον ἢ ἱέρακα* dictum esse probabile est. Iam si quaeris, cur huic carminum diversorum collectioni *Ἔργων* nomen inditum sit, maxime id factum esse quis coniiciat propter v. 298 — 316., qui olim in fronte libri positi esse videntur ante adiectas partes I. II. III., de quibus dixi supra. Nam duplici plerumque titulo insigniri carmina antiquissima solebant, altero ab initio carminis petito, altero sumpto ab argumento (v. infra). Sic quae dicebantur *Ἔργα* propter initia carminis, etiam *ὑποθῆκαι*, *γνῶμαι*, *γνωμολογίαι*, *παραινέσεις*, *παραγγέλματα* audiebant, nisi quaedam horum nominum (hoc concludas ex Plutarchi loco infra laudando) prae ceteris ad proverbia ista pertinent, de quibus dixi. Sic igitur **Isocrates** contr. Nicocl. p. 23. HSt.: *σημεῖον δ' ἄν τις ποιήσαιτο τὴν Ἡσιόδου καὶ Φωκυλίδου ποίησιν. καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους γεγενῆσθαι συμβούλους τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων, ταῦτα δὲ λέγοντες αἱροῦνται συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἐκείνων ὙΠΟΘΗΚΑΙΣ. ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας ΓΝΩΜΑΣ κ. τ. ἑ.* **Plutarch.** Thes. 3: *οἵᾳ (σοφίᾳ) χρησάμενος Ἡσίοδος εὐδοκίμει μάλιστα περὶ τὰς ἐν τοῖς Ἔργοις γνωμολογίας.* **Lucianus** Dial. de Hes. c. 1: *ἔτι δὲ γυναικῶν ἀρετὰς καὶ παραινέσεις γεωργικάς*, et c. 8: *τὰ γὰρ τοιαῦτα παραινέσεις μὲν καὶ ὑποθήκας λέγων οὐκ ἄν τις ἁμαρτάνοι.* **Proculus** ad Hes. Oper. 758. (760.): *τοῦτο τὸ τέλος ἐστὶ τῶν παραγγελμάτων*, postea vero ad 763.

(765.): *αἱ περὶ τῆς τῶν ἡμερῶν ἐκλογῆς καὶ ἀπεκλογῆς παραινέσεις κ. τ. λ.* Ex his locis hoc certe concludere licebit, eam Operum partem, quam proverbiorum esse diximus, *παραγγέλματα* vel *γνώμας* dictam esse, ut haec videatur series fuisse titulorum singulorum carminum: *ΕΡΙΔΕΣ*, quae quasi est prolusio, *ΠΑΝΔΩΡΑ Η ΠΙΘΟΙΓΙΑ*, *ΔΑΙΜΟΝΟΛΟΓΙΑ Η ΓΕΝΗ*, *ΑΙΝΟΣ*, *ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ*, *ΠΑΡΑΙΝΕΣΕΙΣ ΓΕΩΡΓΙΚΑΙ*, *ΝΑΥΤΙΛΙΑ*, *ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ*, *ΗΜΕΡΑΙ*, [*ΟΡΝΙΘΟΜΑΝΤΕΙΑ*.] Ex quibus omnibus in circulis auditorum a rhapsodis declamari poterat Pandora cum prologo suo, alia occasione Daemonologia, alia rursus Georgica et Nautica; cetera omnia nullo inter se connexu cohaerentia et mutata prorsus apostropha recitari a sano poeta potuisse in corona hominum quis est qui iure contendat? Adiecta igitur sunt postea ab iis, qui propter simile argumentum quasi corpus antiquissimae ethices facere conarentur. Venerunt alii artifices, qui haec omnia conglutinare studerent. Quorum infelicissimi fuerunt illi, qui v. 106—108. adiicerent: *εἰ δ' ἐθέλεις, ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω εὖ καὶ ἐπισταμένως.* Vide ἕ τ ε ρ ο ν *λόγον*, qui argumento prorsus differt, atque hunc *ἐκκορυφώσει* rhapsodus! P i n d a r u s enim Pyth. III, 80. (141.): *εἰ δὲ λόγων συνέμεν κορυφὰν ὀρθὰν ἐπίστᾳ.* Simile videas v. 202. Ea autem carmina, quae ego numeris IV. V. VII. VIII. IX. notavi, recensiones experiri potuisse rhapsodorum quis est qui dubitet; cetera, si quandam diversitatem in textu veram agnoveris, hos excessus passa sunt in ore populi ipsius.

Ac primus quidem, qui variorum carminum suturas in corpore *Ἔργων* declarare conaretur, T w e s t e n i u s fuit in commentatione critica de carmine Hesiodi, quod inscribitur Opera et Dies. Kiliae 1815. Is acute quidem, Heinrichii vestigiis (Epimenid. p. 157.) insistens, varias recensiones detexit saepissimeque cum optimo successu demonstravit multa non cohaerere in Hesiodi carmine, sed prorsus non facio cum eo, quod has recensiones etiam in iis carminum partibus detexisse sibi visus est, quas ego notis I. II. III. supra distinxi. Huius rei periculum apud eum invenies p. 34. Secutus est S p o h n i u s, qui in editione Operum alia quaedam notis criticis enodavit. Simile consilium postea aperuit T h i e r s c h i u s in commentatione de gnomicis carminibus Graecorum (Act. Philol. Monacens. T. III. p. 402 sq.). Denique L e h r s i u s (Quaest. epic. p. 179 sq.) tam haec quae parangelmata diximus quaeque minime cohaerere perspicuum est, quam longiora carmina „ex ordine literarum" inter se esse composita

deprehendisse sibi visus est. Prorsus facerem cum eo, si hoc tantum dixisset, composita haec videri secundum principalem sententiam vel secundum vibrantia vocabula (Stichwörter), ita ut, ubi de vicino (hoc enim exemplo uti licebit) proverbium inventum ab aliquo esset, alia, quae item de vicino agerent, deinceps adiecta ab aliis essent, quanquam sententia paululum diversa, quemadmodum id factum est in Theognidis sententiis, ut Welckerus demonstravit. Quis autem credat, ut eodem utar, quo Lehrsius usus est p. 184., Πληιάδων Ἀτλαγγενέων κ. τ. ἑ. propterea post σοὶ δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶν ἧσιν, ὧδ' ἔρδειν καὶ ἔργον ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι reiecta esse, quod in utroque membro vocabulum a Π (Πλούτου et Πληιάδων) incipiens inveniretur. Sic etiam de aliis indicare licet, in quibus acumen ingenii sane demonstrasse videtur, veritatem tamen non assecutus esse. Tamen haec Lehrsii audacia, me quidem iudice, accommodatior est criticae Hesiodiae quam C. F. Rankii, viri in his rebus ὀρθοδοξοτάτου, superstitiosa paene Ἔργων Hesiodiorum, tanquam carminis continui mirificeque inter se cohaerentis, veneratio, qua non deterritus est a conamine excusandi vel prooemii Ἔργων. Sic in universum sentio de Rankii, amici mei, critica Hesiodia, quem tamen singula multa egregie perspexisse lubentissime concedo.

Denique mentio facienda est Ἔργων μεγάλων, quorum reliquias ego Fragm. XVI — XXVI. exhibui. Fuisse enim qui Hesiodo tale adscriberent carmen uberius de agricultura exponens deque aliis rebus ad eam pertinentibus, lithicis adeo, si id concludere licet ex fragm. XXIII, et plantis (XVI — XX.), mihi persuasum est. Bene quidem de hac re disseruerunt post I. L. Hugium et Welckerum (Nov. Mus. Rhen. I. p. 425 sq.) Iulius Caesar (Zeitschrift für Alterthumswissenschaft. Ann. V. n. 65 sq.) et Marckscheffelius (Hesiodi — fragmenta p. 182.); cum utroque enim et Welckero consentio in ratione emendandi loci Athenaei VIII. p. 364., ut μεγάλων Ποιῶν καί vocabula eiiciantur, etiam in interpretandis Manilii et Propertii locis, assentior dubiis, quae de Plinii fide moveri possunt, sed non facio cum ea sententia, quae Ἔργα μεγάλα collectionem esse statuit carminum Hesiodiorum didactici generis, quorum nobilissimum essent Ἔργα καὶ Ἡμέραι, quibus deinceps praeter ornithomantiam etiam Χείρωνος Ὑποθῆκαι adiectae essent. Huic sententiae refragantur imprimis Fragm. XVI. et XXIII. Nam non satis cautum est iudicium Marckscheffelii (p. 213.) de loco Fulgentii:

„quare profecto praestabit hoc testimonium auctori suo relinquere." Hoc quid aliud est, quam arma relinquere? Minus etiam caute de altero loco iudicavit (p. 191.): „Mihi si coniecturam proferre licet, Orphei nomen excidisse videtur" (post γενεαλογεῖ in loco Proculiano). Sed Proculi verba quum sint perspicua, talem medicinam, qua Hesiodo substituatur Orpheus, quis adhibeat? Verba Proculi enim sunt haec: τὸ δ' ἀργύρεον (Ἔργ. 128.) ἔνιοι τῇ γῇ ἀκούουσι λέγοντες, ὅτι ἐν τοῖς μεγάλοις ἔργοις τὸ ἀργύριον τῆς Γῆς γενεαλογεῖ. Scilicet fuerunt qui τὸ χρύσεον γένος non ex auro creatum dicerent, sed τὸ χρύσεον esse dictum pro τὸ οὐράνιον (cf. v. 112: ὥςτε θεοὶ δ' ἔζωον), τὸ ἀργύρεον pro τὸ γήϊνον (hoc enim est illud τῇ γῇ ἀκούουσι, quasi dixisset Hesiodus: δεύτερον γένος οἱ θεοὶ πολὺ χειρότερον μετόπισθεν ἐποίησαν τῆς γῆς, pro quo recentiores dixerunt τῇ γῇ; v. Schaef. ad Long. p. 331.). Atque hanc explicationem grammaticos istos sustentasse Proculus dicit alio Hesiodi loco ex Magnis Operibus, ubi argentum dixerat esse Terra creatum (hoc enim est τὸ ἀργύριον τῆς Γῆς γενεαλογεῖ). Eo autem delati sunt grammatici isti, de quibus dicit Proculus versu 145., ubi ἐκ μελιᾶν vario modo exposuerunt, ut non solum ἐκ μελιᾶν eis esset pro ἐκ Μελιᾶν νυμφῶν (v. Proculum ad v. 144. Palaeph. 36.), sed etiam ita ut intelligerent ἀπὸ ξύλου τινὸς ἀνόητον γένος. — οὗτοι, φησίν, οὐκ ἐκ γένους θεῶν, ita ut οὐράνιον, γήϊνον, ξύλινον γένος sibi opponerentur. Sic explicato loco neque confugiendum erit ad Lobeckii rationem (Agl. p. 414.). Hoc saltem certum est, Proculi verba de Hesiodo, non de alio poeta intelligi posse. Quare neque omnibus Plinii locis fidem derogare ausus sum, quanquam de singulis quibusdam dubitare licet.

Hesiodo igitur carmen quoddam uberius adscribebatur Ἔργα μεγάλα eodem modo dictum atque Μεγάλαι Ἠοῖαι, de quibus postea exponam, et Aristotelis praeter alia Moralia etiam Magna Moralia esse dicebantur.

## V. De Hesiodi Theogonia.

Longe aliter statuendum de Theogonia est, quam certam atque continuam eamque ab antiquioribus temporibus traditam Graecorum doctrinam de diis continere ex ipsa carminis inscriptione et argumenti siccitate declaratur. Theogonia enim quam Graeci dicebant prorsus respondet nostrae dogmaticae seu Glau-

benslehre. Hoc enim vocabulo ita utitur Herodotus I, 132: *μάγος ἀνὴρ παρεστεὼς (τῇ θυσίῃ) ἐπαείδει θεογονίην, οἵην δὴ ἐκεῖνοι λέγουσι εἶναι τὴν ἐπαοιδήν*: haec enim *θεογονία* quid aliud continere potuit, quam deorum Persicorum secundum certum ordinem commemorationem et invocationem? Longe ab hoc vocabulo significatione differebat *θεολογία*, quo nomine primus usus esse videtur Pherecydes (v. ad Theog. 116.) et quo doctrinam peculiarem docti vel sapientis alicuius hominis de diis comprehendebant. Accedit, quod totus deorum templis et caeremoniis vere cultorum ordo, qualem Hesiodus proposuit cum Homero (ab hoc enim non differt nisi levioribus quibusdam rebus), ad Olympum montem vere Graecum pertinet (v. 118. 529. etc.), quem omnes Graeci deorum sedem esse credebant. Haec enim causa est, cur vates Graeci, quum ex avibus vaticinabantur, versus Septentriones (i. e. versus Olympum) se convertebant. Si doctrinam Hesiodi ipsius in se contineret Theogonia, non communem religionem, non tradita ab antiquo tempore fidei, ut ita dicam, Graecorum, Olympi montis ne mentio quidem iniecta esset. Iam enim nemo, ut spero, erit, qui Homerum et Hesiodum, — dico autem Theogoniae auctorem — qui aetate aliquantum differunt, theogoniam Graecis finxisse putet, quum decantata illa verba Herodoti II, 53. nihil significent, quam Homerum et Hesiodum Graecis mythologiam exposuisse carminibus seu potius versibus, si Hesiodum praecipue in animo habeas. Nisi haec olim inhaesissent animis Graecorum, quae carmine suo arte quadam inculcare studet poeta, ut ne verum systema mythologicum, seu formula legitima, ut Cicero dicit, memoriae Graecorum eripiatur, longe uberiorem haberemus Theogoniam. Vere enim Quinctilianus Inst. X, 1. dicit: in nominibus magnam eius (Theogoniae) partem occupatam esse raroque assurgere Hesiodum: atque eam ob causam Theophilus ad Autol. p. 117. Sylb. dixit *κατάλογον τῆς θεογονίας τῶν παρ' αὐτῷ θεῶν ὀνομαζομένων*, quemadmodum *Κατάλογος γυναικῶν* aliud Hesiodi carmen appellatum est, et pars libri secundi Iliadis *κατάλογος νεῶν*. Atque hanc etiam fuisse sententiam eius, qui Theogoniae prooemium praemisit, satis declaratur eo, quod Musas introduxit loquentes ita: *ἴδμεν δ', εὖτ' ἐθέλωμεν, ἀληθέα μυθήσασθαι.* Hoc autem quid aliud significat, quam *ἀληθεῖς μύθους* docere? Facta igitur Theogonia est eum in finem, ut festis diebus deorum recitaretur publice, quemadmodum id fecerunt Persae, quum sacra faciebant, ut testatus est Herodotus, et quemadmodum Romani,

quum festis diebus carmen Saliare seu axamenta decantari iusserunt, quae totam theogoniam Romanorum a pontificibus receptam continuisse dixi in Histor. reip. Roman. p. 192 sq. Comparandus igitur in hac re Hesiodus cum Numa Pompilio, qui primus Saliare carmen composuisse dicitur: cui tamen postea addita sunt quaedam pro religione Romanorum paulatim exculta.

Quodsi vero in eum finem, quem dixi et quem recte indicavit etiam Bodius (Hist. Ep. poet. I. p. 440.), facta Theogonia est, non mirum videtur brevem eam fuisse, neque in ea editione, qua nos nunc utimur, magnas esse lacunas credendum est. Unam ipse ad v. 206. indicavi; sed fateor me invito haec verba ex priore editione huc retracta esse: versus enim 462. satis demonstrat non esse lacunam statuendam. Non gravia sunt quae excidisse videntur alibi, ut v. 273. alias. De loco autem Manilii, ex quo quis alias fortasse lacunas statuerit, recte dixit Lobeckius Aglaoph. p. 306., de Nicandri loco, cuius idem Lobeckius memor fuit p. 567, disserui ad v. 313. Nec Schol. Greg. in Catal. Bibl. Bodl. P. I. p. 46., cuius Lobeckius meminit, Hesiodi textum lacunae potest arguere: nam qui a Nicandro dicuntur Titanes non differunt a Gigantibus istius Scholiastae (v. Gerhard. die zwölf Götter p. 11.); aliorum sententias, ut Muetzellii, si quid opus erat, suo loco commemoravi (v. ad v. 497.). Contra vero additamenta quaedam posteriorum temporum adhaerere Theogoniae Hesiodiae manifestum est. Haec autem ex quatuor imprimis fontibus derivanda esse videntur; ac primum quidem ex Theogoniis aliorum poetarum posterioris temporis quaedam huc adiecta esse non mirum est: Theogoniae enim adscribuntur Cyclo epico (v. C. W. Mueller. de Cyclo Graecorum epico p. 52.), Orpheo, Musaeo et Acusilao (v. Walzii Rhet. IX. p. 144.); diversa ab Hesiodia usus est Chrysippus (v. ad Th. 927.), aliam conscripsit Epimenides. Ex eiusmodi igitur rivulis derivandi esse videntur v. 217 — 222. 265 — 336. 411—452. 501—506.; deinde cultus deorum quorundam in regionibus quibusdam praecipue regnans alia invexit, ut v. 192 — 199. 477 — 484., unde magnopere mutata est primigenia Hesiodiae Theogoniae natura. Merito in hac re excipiuntur Olympus, commemoratus cum Pieria, et Delphi (499.), sanctissimae sedes deorum, quarum veneratio ad omnes Graecos peraeque pertinebat, merito alii loci, quibus secundum antiquam mythologiam aliquid factum est, ut Cythera, Othrys, Nemea cum adiacentibus locis. Omnium autem locorum gravissimus est v. 536., qui memoriam

Meconae conservavit. Sic olim dictam esse Sicyonem, urbem in Achaia, monuimus ad h. l. Theogoniae, quo loco etiam causas exponere conati sumus, cur ad hanc imprimis urbem reiecta antiqua fabula fuerit de pace inter deos et homines facta (sic enim dicere licebit ex Romanorum more). Sed addendum aliud erat. Apud Eusebium Maii p. 125. legimus ex Syncello et Castore: *πάντων μὲν Ἑλλήνων παλαιότατοι τοῖς χρόνοις ἀναγράφονται Σικυώνιοι βασιλεῖς οἱ Σικυῶνος ἡγησάμενοι, ὧν πρῶτος ἦρξεν Αἰγιαλεὺς κατὰ Βῆλον καὶ Νίνον γεγονὼς — ἐξ οὗ Αἰγιάλεια τὸ πρὶν ἡ νῦν Πελοπόννησος ἐκαλεῖτο.* Videmus igitur antiquissimum Graecorum regnum cum pontificatu coniunctum Sicyone fuisse ita constitutum secundum veterem famam, hoc ut per totam Peloponnesum praevaleret. Accedit, quod annales pontificum Graecorum antiquissimi (*ἀναγραφή*) fuerunt Sicyonii, unde vel Argivorum chronica profecerunt (v. Plutarch. de Mus. 3. 8.). Hoc si animadvertimus, mythologiam Graecam Sicyone magnum fecisse incrementum atque inde per totam Peloponnesum et per Graeciam quasi fuisse propagatam difficile erit negare[14]). Iam vero si Romanam fabulam ab Arnobio (v. animadv. ad Th. 536.) ex fontibus antiquis memoratam comparaveris, Numae Pompilio, religionis Romanae conditori, et Prometheo Hesiodio partes fere easdem traditas esse in fabula praeclare perspicies. Apparet igitur rationem, qua explicandam esse hanc fabulam putem, etiamnunc esse eandem, quam proposui olim, quanquam Heffteri stomachum sollicitavit (Zeitschr. f. *Alterth.* 1836. p. 438.). Iniuria, ut mihi quidem videtur. Nam Prometheum personam fuisse historicam, ut ille ait, ne dixi quidem. Cur Dodonaei oraculi mentionem non fecerit Theogoniae auctor, supra exposui uberius. Praeterea quaedam partes reliquae sunt ex variis variorum locorum recensionibus, quanquam in Theogonia propter ipsam carminis sanctimoniam hic locus non tantum patet, quantum crediderunt alii. Certe in argumentis levioribus tantum haec occupata esse poterant (cf. v. 144. 300—305. 496. 590. 726 — 819.; fortasse eo etiam 473. 828. pertinere quis putet); denique quaedam a rhapsodis ornamenta adiecta esse videntur, quae a toto Theogoniae tenore abhorrent (ut v. 118.

---

14) Clisthenem, Sicyoniorum tyrannum, qui Homeri carmina in agonibus recitare vetuit (Herodt. V, 67.), nonne credibile est vel propter hanc causam Hesiodi carminibus magis in iisdem agonibus favisse?

130. 141. 144—146. 186. 282—286. 743—745. 774. 807—819.). Magnum autem fidei Theogoniae augmentum eo etiam accedit, quod postea haec Hesiodi Theogonia suos, ut sacri Christianorum libri, nacta est interpretes, Pherecydem, Acusilaum, Eumelum aliosque philosophos, qui, si philosophi alicuius fetum habuissent Theogoniam, ut nostrates quidam crediderunt, non opus habuissent interpretari summa fide adhibita, sed plane aut ignorassent aut abiecissent facilius, quod primus ausus Anaxagoras est, quum Helium non deum esse diceret, sed μύδρον διάπυρον, cuius ausus postea poenam luit magnam.

Omnis autem mythologia antiquorum populorum distributa est in partes tres, cosmogoniam s. doctrinam de mundo, theogoniam s. doctrinam de diis, heroogoniam s. doctrinam de hominibus. Harum quae primo loco est posita cosmogonia (a versu 116. usque ad 452.) quum notiones vel numina contineat, quae cultu et religione prorsus apud Graecos erant destituta, nemo mirabitur, non eodem in omnibus ac singulis apud antiquissimos poetas niti fundamento. Sic sane Hesiodi cosmogonia videtur distare ab Homerica, quam poeta velut aliud agens commemoravit Iliad. XIV, 200., docens deos omnes progenitos esse Aqua seu Oceano ac Tethye. Ex Hesiodi vero carmine systema physiologiae — licebit enim antiquo nomine significatione antiqua uti — multo elimatius Homerico et fortasse etiam recentius emergere videtur, in cuius fronte Chaos introducitur (i. e. Spatium), postea Materia (i. e. Tellus) et Amor ita, ut illa primum ex se, sine coniuge, sed adiutore Amore (Hesiodus enim Amor in cosmogonia fere idem est, quod θυμός in psychologia seu τὸ φέρον, quod Aristoteles dicit loco Metaphysicorum infra laudando), Coelum, Montes, Pontum procreet, postea cum Coelo concumbens praeter alia numina etiam Oceanum et Tethyn, quos ceteros deos progenuisse dicitur nusquam. Haec igitur magna sane videtur differentia esse, non tanta tamen, quanta videri possit primum considerantibus. Utraque enim cosmogonia via tantum differt, non ratione. Omnes enim dii secundum Homeri et Hesiodi doctrinam orti sunt ex materia, non hanc procreaverunt ipsi. Hac autem pantheistica (utor enim recepto apud nos vocabulo) doctrina Graecorum cosmogonia toto coelo differt a cosmogonia populorum orientalium, Aegyptiorum praecipue et Persarum, quorum dii materiam aut ipsi procrearunt aut certe oppositi materiei sunt. Aliam doctrinam inter Graecos primus secundum Diogenem Laertium (I, 1, 9.) Thales

videtur proposuisse sententia hac: *κόσμος ποίημα θεοῦ.* In prima parte mythologiae, cosmogonia, cum philosophis laudatur Hesiodus ab Aristotele cum Empedocle, Parmenide, Hermotimo (Metaph. p. 1.). Ita Plutarchus de Pythiae orac. 18: *πρότερον μὲν ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους, ὥςπερ Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Θαλῆς.* Diogenes L. IX, 3, 3: *καὶ αὐτὸς (Παρμενίδης) δὲ διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσίοδός τε καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς.* Explicatio vero huius cosmogoniae aliunde peti non potest, quam ex etymologia, ut facere conatus est Hermannus (de mythologia Graecorum antiquissima in Opuscul. T. I. et in Epistola ad Frid. Creuzerum Lips. 1819.). Modo meminerimus in tam antiquis vocabulis (nemo enim Hesiodum ipsum dicet inventorem) eo maiore opus esse cautione, quo remotiora sunt tempora, quibus procusa sunt. Siquidem igitur Hermannus quibusdam etymologiis in cosmogonia falsus est, in rectiorem viam videtur ductus esse a Friesio, qui primus inter recentiores historicos philosophiae (Histor. Phil. I. p. 85.) Hesiodiae doctrinae pro dignitate rationem habuit. Ad hunc igitur librum eo lubentius lectorem amandamus, quo accuratius cum egregio scriptore Ienae nunc recepto consentimus. Cum hoc praeterea comparabis quae nunc exposuit Creuzerus Symb. III. p. 55. 166. (ed. III.).

Theogonia porro, quae sequitur inde a versu 453. usque ad v. 962., vere est antiqua Homericorum carminum, politici argumenti, aliena ab physiologia. Quare in hac parte non consentiendum est cum Hermanno, qui explicationem physiologicam ultra cosmogoniam etiam, i. e. ultra v. 452., extendere conatus est. Politicam vero quum dico priscam theogoniam, intellectum id eo velim sensu, quem ex communi Graecorum sententia exposuit Aristoteles Polit. I, 1: *καὶ τοὺς θεοὺς δὲ διὰ τοῦτο πάντες φασὶ βασιλεύεσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ μὲν ἔτι καὶ νῦν, οἱ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο. ὥςπερ δὲ καὶ τὰ εἴδη ἑαυτοῖς ἀφομοιοῦσιν ἄνθρωποι οὕτω καὶ τοὺς βίους τῶν θεῶν.* Antiquissima enim Graecorum theogonia simul cum exorto regno, antiquissima illa reipublicae humanae forma, excogitata est a primo rege, qui item primus sacerdos erat, cui novus rerum ordo prae antiquato patriarcharum (*φυλάρχων*) regimine — nam antequam unius nutui phylae seu tribus politicae parebant, subiectae singulae singulis erant principibus populorum — religione etiam videbatur sanciendus esse. Quod quo loco factum sit, haud tecte indicavit

Hesiodi Theogonia, nosque supra de Mecone disserentes indicavimus. Ita factum est, ut tres deorum aetates theogonia Graeca crearet, quarum prima est deorum materialium (ita enim licebit dicere), sive ea aetas, quae numina cosmogonica complectitur apud Hesiodum, Oceanum et Tethyn apud Homerum, atque horum numinum apud Hesiodum non definitus numerus est (v. 129.); secunda est patriarchalium, quam Cronus, Rhea al. conficiunt: horum certus numerus est, sunt enim duodecim (v. 133 — 137.), sex mares totidemque feminae (v. Gerhard. die zwölf Götter p. 5.); tertia regalium, in quibus tres sunt potentissimi (*τριχθὰ πάντα δέδασται*), Iuppiter, Neptunus, Pluto, ita tamen, ut Iuppiter longe ceteros superet, quo appareat summum esse unum, quod satis demonstratur Iove Argivo *τριοφθάλμῳ*; unus enim oculus in fronte erat super ceteris duobus (v. Panofka, Argos Panopt. p. 7.). Haec numerorum coarctatio (primo enim innumeri erant dii, post pauci, tandem unus) rationi maxime est consentanea optimeque comparari potest quod duodecim Atticas civitates, a patriarchis olim suis seorsim rectas, in unum regnum coarctando fecisse Theseus dicitur. Primae autem et secundae aetatis dii, qui uno Titanum nomine comprehendebantur, quum antiquissimis temporibus templa non haberent in Graecia (hoc primus omnium recte enucleavit Buttmannus, postea Muellerus Myth. p. 373. et Gerhardius: Ueber die zwölf Götter p. 4. 5.), ab antiquis mythologiae Graecae conditoribus eo praecipue consilio additi sunt, ut, exortis semel ex materia rebus, novi regii imperii maior dignitas et auctoritas esse videretur, quam antiquorum patrum seu patriarcharum fuisset. Hoc igitur, quum quasi cardo esset totius religionis Graecorum politicae, non mirandum est uberiore a poeta ornatum esse descriptione. Factum id est primum Titanomachia 617 — 745., qua Iuppiter imperium suum feliciter contra pristinorum deorum impetum tutatus est tandemque Olympum regiam sibi suisque diis constituit. Etiam in notissima Atheniensium imagine mythologiae, quam Panathenaeorum peplo intexi iusserunt, hanc quasi catastrophen imprimis enituisse ex multis antiquorum poetarum locis elucet. Cum hac narratione egregie cohaeret id, quod de inferorum deorum sede atque de poena periurii deorum usque ad v. 806. a poeta expositum est. Altera autem theogoniae pars, quae item merito uberiore gaudet expositione, est Promethia a v. 507 — 616., qua regnum suum in homines firmiter ac severe constituit Iuppiter. Rationi vero prorsus est

consentaneum, quod levius certamen (sic enim dicere licebit Iovis certamen cum Prometheo et hominibus) praegreditur graviori cum omnibus Titanibus certamini. Postea tribus his primariis aetatibus adiecta a Graecis quarta est, cuius princeps dicendus Apollo, rex vere ethicus et, ut ita dicam, aesymnetes (v. Aristotelem Pol. III, 9.), quale epithetum non dedignati sunt Graecorum dii (v. Welcker. Additam. ad Trilog. p. 252.), quum Iuppiter ipse nihil videretur aliud esse, quam antiquus heroici temporis rex politicus. Haec quomodo cohaereant, uberius explicare conatus sum in commentatione de Graecorum mythologia, quae inserta est Diario literario Hermes inscripto T. XXIX. Hoc autem addere licebit, ex tota quam exposui quatuor divinarum aetatum descriptione certissime apparere nondum sanctum fuisse Hesiodi tempore duodenarium illum olympicorum deorum numerum, quo Iovi et Iunoni, Plutoni[15]) et Cereri, Neptuno et Vestae (Theog. 453.) adiecti sunt Vulcanus et Minerva, Mars et Venus, Apollo et Diana. Hos enim quanquam novit Hesiodus, tamen ita commemorat locis inter se diversis, ut de hac re dubitare non liceat. Mihi autem dubium non est, quin sacer ille Cronidarum duodenarius numerus constitutus ab Atheniensibus sit, vel potius a Theseo, quum Panathenaeis institutis duodecim curias Atticas etiam religionis vinculo coniungeret; ita factum est, ut singularum curiarum singula numina, quae quaeque praecipue colerent, reciperentur in sacrum coetum. Hoc vel eo sustentatur, quod etiam Atticorum quatuor antiquarum tribuum nomina derivata sunt a cultu quatuor deorum in sacrum coetum receptorum: Διάς, Ἀθηναΐς, Ποσειδωνιάς, Ἡφαιστιάς. Sic igitur prorsus adstipulor Gerhardio, viro doctissimo, qui in commentatione de duodecim Graecorum numinibus p. 9. ita scribit: „Unserer Annahme nach sind die zwölf Götter ein lose verbundener Verein hellenischer Stammgottheiten verschiedenes Ursprungs, denen die heilige Zwölfzahl zu nothdürftiger Einheit verhalf", et p. 13: „Dieser augenfälligen Verknüpfung verschiedener Stammgottheiten gemäfs mag das Alter der Götterzwölfzahl, die in Athen galt, der politischen Einigung attischer Stämme gleichzeitig seyn." Recte. Nam quod ab Hellanico (v. Schol. Apoll. III, 1084.) Deucalioni, ab ipso Apollonio (II, 532.) Argonautis duodecim deorum cultus tribuitur, nemo pro explorato facile habebit praeter E. Q. Viscontium, V. D. (Monum. Gabin. p. 221.).

---

[15]) Mercurio apud Romanos.

Ex his omnibus primum sequitur theogoniam Graecorum non posse ullo probabili modo derivari ex mythologia orientalium populorum, Aegyptiorum praecipue, vel Persarum vel Indorum: apud hos enim statim ab initio dii bipartito sibi ita sunt oppositi, alteri ut bonum, alteri ut malum sequantur. Ab hac autem dichotomia vel dualismo (licebit enim hoc vocabulo, quanquam inepto, uti in re notissima) Graecorum mythologia abhorret tantum, quantum maxime, quanquam aliter sentit Creuzer. Symb. I. p. 191. (ed. III.), neque ulla in Hesiodi Theogonia vestigia sunt arcani aut Samothracum aut Eleusinii cultus (de hac re v. Creuzer. Symb. III. p. 64 sq.). Deinde vere ex his, quae diximus, consectarium est aetates deorum secundam, tertiam et quartam, quas diximus, non posse ad physicam significationem revocari, quod fecit, ut diximus, cum aliis Hermannus. Quantum ab hac ratione Graeci ipsi abhorruerint, demonstravit, ut hoc uno defungar, Anaxagorae exemplum, qui, cum Solem non esse deum, sed metallum ardens dixisset, statim *ἀσεβείας* accusatus ab Atheniensibus est. Sed etiam astronomica significatio, quam multi inesse Graecae mythologiae putarunt, quantum a sensu Graecorum antiquorum abhorreat, docetur nobilissimo Hesiodi loco (*Ἔργ.* 619.), ex quo partem Graecorum stellarum imagines magnam Orionis venationem repraesentare putasse patet, quum apud Homerum alia Graecorum pars in iisdem sideribus plaustri imaginem cum bubulco Boote, non deos agnosse sibi viderentur. Nec contrariam sententiam defendere aptus est locus Aristotelis Metaph. XI, 8. p. 1074. b. Bekk.: *παραδέδοται δὲ παρὰ τῶν ἀρχαίων καὶ παμπαλαίων ἐν μύθου σχήματι καταλελειμμένα τοῖς ὕστερον, ὅτι θεοί τέ εἰσιν οὗτοι καὶ περιέχει τὸ θεῖον τὴν ὅλην φύσιν. τὰ δὲ λοιπὰ μυθικῶς ἤδη προςῆκται πρὸς τὴν πειθὼ τῶν πολλῶν καὶ πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν.* In hoc loco *τοῖς παμπαλαίοις* memoratis sine dubio intellexit Aristoteles Hesiodum, cuius primam deorum aetatem, de qua diximus supra, in animo habuit: minime enim ad verba *ὅτι θεοί τέ εἰσιν οὗτοι* cum Creuzero, viro doctissimo (Symbolik u. Mythol. Ed. III. T. I. p. 5.), supplere sidera licebit, sed *τὸ φέρον καὶ τὸ φερόμενον*, quibus vocabulis Amorem et Tellurem Hesiodi indicare voluit Aristoteles. Quae post apud Aristotelem sequuntur, *τὰ δὲ λοιπὰ — πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν*, de ceteris deorum aetatibus religione a Graecis vere cultis intelligenda sunt prorsusque conspirant cum eo loco, quem supra ex Aristotelis Politicis proposui.

Negari igitur non poterit, quin politica quaedam huic Hesiodiae Theogoniae parti inhaereat significatio, neque verendum est, ne qui ita statuat Evemeri doctrina se imbutum esse audiat. Haec autem significatio quum non satis accommodata esse videretur provectiori vitae Graecorum, qualis imprimis philosophis debebatur, fieri sane non potuit, quin hi philosophi primum ad cosmogoniam Hesiodi, auctoritatem antiquam novae suae doctrinae allaturi, accederent, si possent apta etymologiae interpretatione ad suam doctrinam accommodare. Sic igitur Pherecydes (v. animadv. ad Th. 116.) χάος Hesiodium primus, ut videtur, a χεῖσθαι derivabat, ut cum sua doctrina de aqua omnium initio concinere videretur doctrina Hesiodia, i. e. antiqui aevi fides; de Dionysi etymologia statuebat: *Διόνυσον — ὡς ἐκ Διὸς εἰς νύσας ῥέοντα* (Schol. Aristid. p. 313. Dind.). Secuti sunt Pherecydem alii multi, ut Plutarchus testatur (aquae et ignis comparat. 1. T. XIII. p. 124. ed. Hutten.): *συμφωνεῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος εἰπών· ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετο. τοῖς πλείστοις γὰρ ὠνομακέναι δοκεῖ τὸ ὕδωρ τοῦτον τὸν τρόπον παρὰ τὴν χύσιν.* Sic in aliis Acusilaus et Eumelus in similem finem usi sunt Hesiodia cosmogonia (v. Clement. Alex. Strom. VI. p. 235. et Etym. M. p. 523, 50., ubi sermo est de Acusilai etymologia *Κοίου* [Th. 134.] Hesiodii). Simile quid etiam in Theogonia proprie sic dicta fecisse Pherecydes et Acusilaus videntur, qui antiquas fabulas et plenius collegerunt et uberius exposuerunt (Schol. Venet. Il. XXIII, 296.). Haec autem ratio etymologice et genealogice interpretandi Hesiodum, quum admodum videretur incerta esse, paulatim cessit alii, quae etiam theogoniam, non solum cosmogoniam, aggressa est ita, ut deorum personas per quandam significationem nominum physice interpretarentur philosophi (v. Diog. L. VIII, 2, 12. IX, 2, 3.). Usi enim sunt allegoriis vel *ὑπονοίαις* (de quibus v. imprimis Platonem Pol. p. 378. HSt.), quas non intellexisse Homerum et Hesiodum in reprehensionem vocabant, quamvis ipsi hi philosophi has allegorias excogitassent. Huius vituperii primus auctor videtur Xenophanes Eleata fuisse, cuius in hanc rem versus habet Sextus Empir. adv. Mathem. p. 341. B:

*Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε,*
*Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστίν,*
*Κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν,*

quem ob hanc etiam causam videtur carpsisse Epicharmus (v. Schol. ad Aristot. p. 670. b. Bekk.). Secuti sunt alii, ut He-

raclitus Ephesius, cuius verbum habes apud Schol. Plat. Theaet. p. 364. Bekk.: πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει. Ἡσίοδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόρην. V. Diog. Laert. IX, 1, 1. Multo planius idem Anaxagoram dixisse de Homero a Diogene perhibetur L. II, 3, 7: δοκεῖ δὲ πρῶτος τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης, ἐπιπλεῖον δὲ προστῆναι τοῦ λόγου Μητρόδωρον τὸν Λαμψακηνόν. Secuti sunt Stoici, qui etymologiam allegoriae consentaneam excogitarunt, ut Zeno, qui ita docuit (Diog. L. VII, 1, 72.): Δία μὲν γάρ φασι δι' ὃν τὰ πάντα, Ζῆνα δὲ καλοῦσι παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστι ἢ διὰ τοῦ ζῆν κεχώρηκεν· Ἀθηνᾶν δὲ κατὰ τὴν αἰθέρα διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ, Ἥραν δὲ κατὰ τὴν εἰς ἀέρα καὶ Ἥφαιστον κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ· καὶ Ποσειδῶνα κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρόν, καὶ Δήμητραν κατὰ τὴν εἰς γῆν: atque haec de interpretatione Zenonis Theogoniae Hesiodiae intelligenda esse comprobatur a Cicerone primo libro de natura deorum cap. 14: „Quum vero Hesiodi Theogoniam interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones deorum: neque enim Iovem neque Iunonem neque Vestam neque quenquam, qui ita appellatur, in deorum habet numero, sed rebus inanimis et mutis per quandam significationem haec docet tributa nomina." De Chrysippo, e cuius Theogonia quaedam proposuimus ad Hesiod. Theog. 927., et Diogene Babylonio plane sic loquitur idem Cicero de nat. deor. I, 15: „Idemque disputat aethera esse eum, quem homines Iovem appellarent: quique aer per maria manaret, eum esse Neptunum: terramque eam esse, quae Ceres diceretur, similique ratione persequitur vocabula reliquorum deorum. — Et haec quidem in primo libro de natura deorum: in secundo autem vult Orphei, Musaei, Hesiodi Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipse primo libro de diis immortalibus disserit, ut etiam veterrimi poetae, qui haec ne suspicati quidem sunt, Stoici fuisse videantur. Quem Diogenes Babylonius consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerva, partum Iovis ortumque virginis ad physiologiam traducens diiungit a fabula." Hinc factum est, ut etiam Crates Mallotes Stoicus doctores suos sequeretur et venator fieret mythologiae physiologicae, de quo vide Wolf. Proleg. p. CCLXXVIII. Voss. Antisymb. T. I. init. Omnes autem philosophi Graecorum quantam auctoritatem tribuerint Theogoniae Hesiodiae ex eo patet, quod ne unus quidem eorum praeter Anaxagoram, qui Athenis maximas huius temeritatis poenas luit, hanc eius fidem aut impugnare aut labefactare ausus est. Hanc igitur carminis

partem iure nostro habemus antiquissimam longissimeque absumus a vana opinione eorum, qui fidem Theogoniae metiuntur locis ab aliis scriptoribus laudatis. Quasi non argumentum ipsum nobis persuadere de veritate rei debeat, quasi te existere non credendum sit tibi, nisi alius homuncionis testimonium accesserit.

Sed pergimus ad tertiam carminis Hesiodii partem, quam dixi heroogoniam. Orditur ea versu 963. prorsusque diversa est ab ea heroum doctrina, quam habes Ἔργ. 159 sqq. Haec autem progrediente tempore multas videtur mutationes et additamenta ita experta esse, ut quid antiquum sit, quid recentius, non facile sit perspectu. Facti enim heroes, ut vel historica Graecorum aetate agnoscebantur — ultimum enim heroum Cleomedem Astypalaeensem habendum esse publice oraculum Delphicum declaraverat Ol. LXXI. (Plut. Rom. 28. Pausan. VI, 9, 3.) — ita etiam in heroogoniam relati olim videntur, quemadmodum hoc fieri solebat in Romanorum theogonia carminis Saliaris, cui Augustum Imperatorem, Germanicum, alios additos fuisse constat. Ac prorsus idem factum apud Graecos esse Panathenaeorum festum demonstrat. Peplo enim, qui una cum navi adducebatur in arcem, intextam fuisse totam mythologiam Graecorum atque imprimis eam eius partem, quae antiquum Titanum imperium novo imperio Iovis et Minervae exutum esse monstrabat, quis nescit? Sed praeter theogoniam etiam heroogoniam pictam fuisse per se est probabile et ostenditur eo, quod Demetrius adeo et Antigonus, quibus ut heroibus tribus novas consecraverant Athenienses, *locum in* Peplo invenerunt suum (Plutarch. Demetr. 11.). Sed alios etiam acu pictos fuisse heroas probat Aristophanis locus Equit. 563. V. Meier. v. „Panathenaeen" in Encycl. Sic igitur non mirum est Latinum adeo receptum esse in Graecorum antiquam theogoniam (Th. 1013.). Nec mirari oportet propter hanc heroogoniae naturam legitimo exitu fere destitutum carmen videri, ut quasi futuros etiam heroas exspectare videatur. Sed de fine Theogoniae postea videbimus.

Nondum enim dixi de prooemio, quod carmini Hesiodio praemissum est a v. 1 — 115. Hoc autem cum ipsa indicatione auctoris carminis non convenire ei usui, cui ab initio destinatam esse Theogoniam exposui, sponte patere videtur. Sed adiectum est eo tempore, quo festis diebus ad aras Theogoniam canere iam desueverant, atque adiectum eum in finem, ut tetricum carmen novorum ornamentorum illecebris, et poesios et musices, homines alliceret in agonibus. Atque haec sententia

de adiecto prooemio et indicato nomine auctoris Theogoniae eximie sustentatur Pausaniae loco IX, 27: *Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐςποιήσαντα.* Quem autem adiecisse putabimus? Difficilis est responsio. Mihi tamen adiecisse Terpander videtur, quem, e gente Hesiodia secundum fabulam oriundum, carmina Hesiodi etiam musica in agonibus perstrinxisse diximus. De hoc poeta ita Plutarchus de musica c. 4: *πεποίηται δὲ τῷ Τερπάνδρῳ καὶ προοίμια κιθαρῳδικὰ ἐν ἔπεσιν. ὅτι δὲ οἱ κιθαρῳδικοὶ νόμοι οἱ πάλαι ἐξ ἐπῶν συνίσταντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε,* et paulo post c. 6: *τὰ γὰρ πρὸς τοὺς θεοὺς οὓς ἐβούλοντο* (sic scribendum esse videtur) *ἀφοσιωσάμενοι ἐξέβαινον εὐθὺς ἐπί τε τὴν Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποίησιν. δῆλον δὲ τοῦτ' ἔστι διὰ τῶν Τερπάνδρου προοιμίων.* Hoc aptissime quadrat ad prooemium Theogoniae; a laudatione Musarum statim ad Theogoniam Hesiodi transit poeta. In ipso autem prooemio tam multa insunt testimonia magnae cum regionibus Boeotiae quasi familiaritatis contractae (cf. v. 4—6.) tamque proprius est Boeotorum cultus Musarum et Gratiarum, cuius uberior in carmine inest commemoratio, vix ut ab alio quam a Boeoto scriptum esse prooemium dicas. Fuit autem Boeotus etiam Terpander secundum Suidam. Iam igitur satis apparet, cur duo prae ceteris in hoc exordio argumenta exposita sint, alterum demonstrans in Boeotia conditum esse venerabile carmen, Musarum et Gratiarum celeberrima sede, iniuria *ἀναισθησίας* istius accusata, de qua nuper etiam Boeckhius dixit Expl. ad Pind. p. 162., alterum testans condidisse Hesiodum pastorem ad ipsas Heliconis radices. Sed scriptum esse Theogoniae, non universo carminum Hesiodiorum corpori (quod opinatur sine probabili ratione Muetzellius de emend. Theog. p. 366.), comprobatur non solum v. 33., sed toto carminis argumento, cui ne levissimae quidem indicationes *Ἔργων* insunt; imo laudes regum, quas Muetzellius censet esse antiquissimas (v. 80—97.), prorsus contrariae sunt gravi regum admonitioni in Operibus. Enim vero si dixi in ipsa Hesiodi Theogonia rarissima esse variarum recensionum vestigia propter ipsam argumenti sanctitatem, non mirandum est alia omnia apparere in exordio facta. Huic enim sine dubio additamenta quaedam adiecta sunt tam longiora quam breviora. Longiorum duo (v. 5—8. et v. 64—66.) debentur Boeoto artifici, cui Boeotiae quidam loci sacri ac numina vere propria Boeotiae adiicienda esse videbantur, ne iniuria patriae fieret; tertium (v. 46.) inepte ex v. 111. est repetitum; de quarta interpolatione versus 12.

dixi supra. Restat quinta (v. 105 — 115.) a rhapsodo quodam profecta pro vs. 11 — 21. Ex his apparet me ab ea opinione de septem exordii recensionibus, quam G. Hermannus in sagacissima ad hymnos Homericos praefatione olim exposuit, nunc fere descisse, quanquam illud Hermannus demonstravit luculenter, interpolatum multis locis esse prooemium. Eius autem interpolationis duo sunt exempla breviora gravissima. Alterum est in ista Hesiodi per Musas compellatione, quae Apollonii Rhodii tempore aliquanto uberior fuisse videtur: nam ita Scholiastes: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· οὐ λείπει δέ, ἀλλ' ἔστι· ποιμένες κ. τ. λ.; sententiam Apollonii non recte intellectam esse a Scholiasta satis eo comprobatur, quod cognitum Apollonio fuisse versum 26. ostenditur eius imitatione οἶον adverbii. Sic enim ille Argon. III, 1109:

ἀλλ' οἶον τύνη μὲν ἐμεῦ, ὅτ' Ἰωλκὸν ἵκηαι,
μνώεο,

quod sine antiquo auctore non fuisse ausurum Apollonium puto. Sed gravius etiam illud est, quod idem Scholiastes monuit ad v. 28: γράφεται δὲ γηρύσασθαι ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, quod praeter V 1. nullus codex praebet. Alterum brevioris interpolationis exemplum est in loco memorabili, qui uberiores regum laudes persequitur. Ibi v. 91. pro ἀνὰ ἄστυ, quae est omnium codicum lectio, Schol. γρ. ἀν' ἀγῶνα. Hoc qui legit Scholiasta (ad Iliad. XXIV, 1. p. 627. a. Bekkeri) sic interpretatus est: παρὰ δὲ Βοιωτοῖς ἀγών ἡ ἀγορά καὶ τὸν ἀγορανόμον ἀγώναρχον καλοῦσιν· ὅθεν καὶ ἀγωνίους θεοὺς Αἰσχύλος ἀγοραίους (quam inepta sit haec interpretatio, docet Aeschyl. Ag. 496. Blomf.) καὶ Ἡσίοδος· ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα. Atque ex hoc scholio Muetzellius p. 339. concludit „ἀν' ἀγῶνα a multis et probatis auctoribus fuisse in carmine sive lectum sive repositum." Ipsa scriptoris verba adieci, quod valde obscura sententia est. Mihi vero longe aliter statuendum esse videtur. Ἀγῶνα ἀγοράν esse Boeotis ex loco Hesiodi concluserunt. Pindarus enim et inscriptiones Boeoticae n. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1625. (haec, quanquam recentis aetatis, ἀγοράν praebet) omnes ἀγῶνα habent ea significatione, quae Graecis est usitatissima, ut publicam panegyrin significet, qua certamina musica et gymnica instituuntur (Ὀλυμπικὸς ἀγών etc.). Hoc si etiam hic statuis, habebis versu 91. sic lecto: ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα, rhapsodi interpolationem, qui regis alicuius ἀγωνοθετοῦντος in certamine praesentiam honore prosequi vellet. Hinc largae regum laudes ad capiendum eius animum idoneae, qui ludis publicis

praeesset vel adeo iudex constitutus esset. Non mirum igitur videbitur, si hunc locum pro panegyris ratione varie vel mutatum vel exornatum esse a rhapsodis de praemio magis quam de artis honore sollicitis statuerimus. Fuerunt igitur qui post v. 79. statim iuberent sequi versum 104. totius prooemii clausulam, quum in libera civitate declamarent (huius rei indicium esse videtur explicatio vocabuli προφερεστάτη ab Aristarcho profecta); secuti sunt alii, qui v. 80. adiicerent versui 79. Alii totum locum a v. 81—103. adiecerunt, qui in regia civitate perorabant, ita tamen, ut, si ipse rex agonotheta esset, ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα mutarent. A primo enim carminis auctore non potuit utrumque scribi, sed alterum utrum debuit. Atque aut demutatum aut amplificatum fuisse hoc prooemium a rhapsodis probat etiam hymnus sic dictus Homericus XIV. εἰς Μούσας καὶ Ἀπόλλωνα. Eiectis his interpolationibus totum prooemium aptissime inter se cohaeret. O. vero Muelleri sententia (Ephem. Gotting. 1834. p. 1381.), qua versus prooemii 36—67. ut hymnum in Musas, versus 75—103. ut Theogoniae vel alius cuiusdam Hesiodii carminis clausulam a ceteris prooemii partibus separandos esse iubet, ut reliquae partes (v. 1—35. 68—74. 104—115.) antiquo suo nitori restituantur, nec per se satis probabilis est nec causam explicare idonea, cur haec fragmenta tanquam vento huc reiecta sint. De Klausenii opinione dixit Gruppius de theog. p. 28.

Ipse vero Gruppius in hoc libro novam de antiquissima forma totius Theogoniae sententiam aperuit, strophis eam constitisse putans, ternos versus complectentibus, rhapsodos deinde e ternariis quibusque strophis primum fecisse quinarias, postea denarias, tandem venisse alios, qui totum stropharum ordinem conturbarent. Atque sic multa resecans textumque, ut sibi videtur, originalem recuperans Theogoniam ita coarctavit, vix ut opus esse videatur, ut tam modico carmini prooemium quatuor stropharum praemitteretur. Accedit, quod nec ternarius nec quinarius numerus secundum Graecorum atque adeo ipsius Hesiodi sententiam sacer erat, id autem sine dubio necessarium erat demonstrare, si hanc esse sacrae poesios Graecorum, qualem Gruppius statuit, rationem persuadere legentibus vellet. Ita enim Hesiod. Ἔργ. 802:

πέμπτας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί.

Ternarium autem numerum, cuius praeterea mentionem non fecit, una cum aliis hoc versu comprehendit (823.):

αἱ δ' ἄλλαι μετάδουποι, ἀκήριοι, οὔ τι φέρουσαι.

Praeterea nullis usquam testimoniis probari poterit Delphicum oraculum ternariis usum sortibus esse. Ceterum de toto libro Gruppii, quem multa dubia de Theogonia magno acumine movisse non diffiteor, meam sententiam uberius explicui in Nov. Diar. liter. Ienens. 1842. N. 13 — 15., cum quibus conferenda erit Ahrensii sententia (Diar. Gotting. 1842. p. 1257.) et Iul. Caesaris Diar. Antiq. I. N. 38 — 40.

## VI. De reliquis Hesiodo adscriptis carminibus.

Venio nunc ad cetera Hesiodo adscripta carmina, omnia didactici generis et argumenti tam practici quam mythologici. De his omnibus conferendus est locus Pausaniae IX, 31, 4: *Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες παρειλημμένῃ δόξῃ λέγουσιν, ὡς ἄλλο Ἡσίοδος ποιήσαι οὐδὲν ἢ τὰ Ἔργα* [hinc explicatur alius locus Pausaniae VIII, 18, 1: *Ἡσιόδου γὰρ δὴ ἔπη τὴν Θεογονίαν εἰσὶν οἳ νομίζουσι*, et IX, 27, 2: *Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐςποιήσαντα οἶδα γράψαντα*]· *καὶ τούτων δὲ τὸ ἐς τὰς Μούσας ἀφαιροῦσι προοίμιον ἀρχὴν τῆς ποιήσεως εἶναι τὸ ἐς τὰς Ἔριδας λέγοντες, καί μοι μόλυβδον ἐδείκνυσαν, ἔνθα ἡ πηγή, τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου λελυμασμένον· ἐγγέγραπται δὲ αὐτῷ τὰ Ἔργα. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα κεχωρισμένη τῆς προτέρας, ὡς πολύν τινα ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσειεν· ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας καὶ Θεογονίαν τε καὶ ἐς τὸν μάντιν Μελάμποδα καὶ ὡς Θησεὺς ἐς τὸν ᾅδην ὁμοῦ Πειρίθῳ καταβαίη· παραινέσεις τε Χείρωνος ἐπὶ διδασκαλίᾳ δὴ τῇ Ἀχιλλέως καὶ ὅσα ἐπὶ Ἔργοις τε καὶ Ἡμέραις. οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσι καὶ ὡς μαντικὴν Ἡσίοδος διδαχθείη παρὰ Ἀκαρνάνων· καὶ ἔστιν ἔπη μαντικά, ὁπόσα τε ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν.* Aliter Suidas: *ποιήματα δὲ αὐτοῦ ταῦτα· Θεογονία, Ἔργα καὶ Ἡμέραι, Ἀσπίς, Γυναικῶν Κατάλογος ἐν βιβλίοις ε΄, Ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν τινα ἐρώμενον αὐτοῦ, περὶ Ἰδαίων δακτύλων καὶ ἄλλα πολλά.* Praeterea Hesiodo tribuuntur Aegimius, Astronomia, *Κήϋκος γάμος, Ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν, Θησέως εἰς Ἅιδου κατάβασις, Γῆς περίοδος* a variis scriptoribus suis quibusque locis in fragmentis allegatis. Vides etiam in his duplex fuisse argumentum, ut pars carminum pertineret ad mythologiam seu Theogoniam (*Γυναικῶν κατάλογον, Ἠοίας, Ἀσπίδα, Αἰγίμιον, Θησέως εἰς Ἅιδου κατάβασιν, Ἐπιθαλάμιον, Κήϋκος γάμον, περὶ Ἰδαίων δακτύλων*),

pars ad practicum genus seu Opera, *Μελαμποδίαν*, *παραινέσεις Χείρωνος*, *ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν*, *ἀστρονομίαν*. Quid de titulo: *ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν* (vel *βάτραχόν*) *τινα ἐρώμενον αὐτοῦ*, sentiendum sit nescio, videtur tamen ad Hesiodum relatum hoc carmen fuisse propter argumentum pastorale, quod simile fuit Culicis Virgiliani, qui ita finitur:

Parve Culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.

Dicamus primum de celeberrimis mythologici generis poematis, de Catalogo et Eoeis. Duos fuisse titulos uni eidemque carmini inditos ex eo patet, quod Scuti versus 1 — 56., quorum initium est *ἢ οἵη*, ab antiquo grammatico (p. 108. n. edit.) desumpti esse dicuntur ex quarto catalogo: *τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ ϛ'.* Accedunt Hesychius: *Ἠοῖαι· ὁ κατάλογος Ἡσιόδου*, et Suidas, qui Eoeas non commemorat, sed Catalogum. Porro Eustath. Il. p. 13: *ἦν δέ, φασί, Βούτης υἱὸς Ποσειδῶνος, ὡς Ἡσίοδος ἐν καταλόγῳ*, sed de eodem Bute Hesiodus dixerat in Eoeis magnis, Pausan. IV, 2, 1: *ἀλλὰ Ὕλλου μὲν τοῦ Ἡρακλέους θυγατρὶ Εὐαίχμῃ συνοικῆσαι Πολυκάονα υἱὸν Βούτου λεγούσας τὰς μεγάλας οἶδα Ἠοίας.* Et omnino quis putet primis statim temporibus carmen dictum fuisse *Ἠοίας*, quod nomen inditum esse constat ab repetito semper initio carminis, quum nova quaedam heroina celebranda esset? Catalogus primo dictum est carmen, postea etiam *Ἠοῖαι*. Prorsus simile exemplum habemus in ea parte libri Iliadis secundi, quae et *κατάλογος νεῶν* dicta est et *Βοιωτία*: illo enim titulo propter argumentum utebantur, hoc propter initium catalogi, quod (v. 494.) propterea factum a Boeotis est, quod ex Boeotia (Aulis enim est Boeotiae oppidum) in Asiam traiecerunt Graeci. Simile quid de *Ἔργοις* coniicere licere dixi antea. Divisae hae *Ἠοῖαι* in quatuor libros erant (Suidam enim, qui quinque fuisse dicit, errare ex testimoniis veterum apparet, quorum ne unus quidem quintum Catalogi librum commemoravit), quorum ultimus longe maior et auctior fuisse videtur quam tres priores, unde *μεγάλων Ἠοιῶν* cognomen tulisse concludi ex Pausaniae verbis potest, qui ita IX, 31, 4: *ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας.* Alia discrimina, quae inter Catalogos et Eoeas invenisse sibi visus est Marckscheffelius (p. 109.), ego vel animo lubentissimo non potui agnoscere, de quibus hic dicere longum est. Unum monuisse sufficiat. Confidenter Pausaniam adscripsisse Catalogum dicit Hesiodo (p. 111.), quum

Eoeas negaret Hesiodi esse. At vero ex IX, 31, 4. loco supra adscripto satis patet Pausaniam, Boeotos sibi coaevos secutum, Ἔργα tantum Hesiodo adscripsisse, cetera omnia putavisse spuria. Non praetermittendum est autem non uni eidemque auctori tribuendos quatuor libros esse, quum haec legantur apud Scholiastam Apollon. Rhod. II, 181: πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις, ὅτι Φρίξῳ τὴν [ἐς Σκυθίαν] ὁδὸν ἐμήνυσεν. ἐν δὲ τῷ γ' καταλόγῳ [τῶν καταλόγων P.], ἐπειδὴ τὸν μακρὸν χρόνον τῆς ὄψεως προέκρινεν. Sic etiam Wolfius iudicavit Prolegg. p. CLVII: „Itaque", inquit, „nec ceteris reliquiis Homericis nec Hesiodiis defuerunt, ut opinor, διασκευασταί, qui singulares rhapsodias connecterent sive eas, quae ab ipsis auctoribus ad eandem formam compositae erant, uno volumine complecterentur, ut καταλόγους γυναικῶν et Ἠοίας μεγάλας."

Ad hos rhapsodos etiam illud pertinet negotium, quo exitus Theogoniae, quem ex ratione heroogoniae Graecae imperfectum fuisse demonstravi, cum his carminibus Catalogi connecterent. Verisimile est enim ultimos Theogoniae versus in hunc modum cum Catalogis coniunctum fuisse:

Νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε, καλλιέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
Ἧις ἐμίγη φιλότητι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
Οἴη ἔην Νιόβη,

quibus postea adiungeretur ἢ οἵη Ἀλκμήνη vel simile quid de ceteris heroinis, quemadmodum id indicavimus ad Scut. v. 1. Ultimos igitur Theogoniae versiculos recte comparabimus cum versibus istis, quos sub finem Iliadis inventos esse scripsit Scholiasta Victorianus: τινὲς γράφουσιν·

Ὣς οἵ γ' ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος· ἦλθε δ' Ἀμαζών,
Ἄρηος θυγάτηρ μεγαλήτορος ἀνδροφόνοιο.

Connectebatur enim Aethiopis Arctini. V. Lobeckium Aglaoph. p. 417. Cf. Welcker. Cycl. ep. p. 213. Simili transitu Epigonos adnexos fuisse aliis carminibus ipsum eorum initium docet, quod servatum est ab auctore Agonis p. 324, 3:

Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι.

Talia autem composita esse ad Homeri verba: Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, quid mirum est?

Ceterum hos Catalogos Lucanus aut transtulit aut imitatus est: composuit enim Catalogum Heroidum. Sosicratem vero Phanagoritam et Nicaenetum Samium parodia Hesiodios libros perstrinxisse et ex eorum carminum titulis et ex Athenaei com-

memoratione videtur concludi posse. De his enim ita Athenaeus p. 590. B: *ἐπεί περ ἡμῖν ἐμποδὼν ἐγένου κατάλογον γυναικῶν ποιουμένοις, οὐ κατὰ τοὺς Σωσικράτους τοῦ Φαναγορίτου Ἠοίους ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου ἢ Ἀβδηρίτου.* Certe amplificasse Sosicratem carmina Hesiodi, quod arbitratur Bernhardy (Grundrifs d. griech. Litterat. I. p. 203.), ex Athenaeo non potest demonstrari.

Scutum Herculis quod dicitur quo modo annexum fuisse videatur Eoeis, dictum est ad Sc. v. 1. In hoc autem carmine facile dignosci possunt (de industria sic scripsi) tres partes, una eaque antiquissima a versu 1—56., quae desumpta ex Eoeis erat; hanc partem in Eoeis ipsis longe alia videntur secuta esse, de quibus optime exposuit O. Muellerus Dor. II. p. 478. Secunda pars est a versu 57—140., qui sunt coniungendi cum versibus 317—480. Ex hac, ut videtur, parte quaedam ut Hesiodia laudaverat Stesichorus, probabiliter in Cycno (quae sententia est Muelleri probe illa ab Welckero Cycl. ep. p. 199. et Marckscheffelio p. 149. sustentata). Tertia eaque longe recentissima pars est uberior descriptio Scuti a versu 141—317., de qua dixi ad v. 139. 217. et 318. Scuti.

Aristophanes grammaticus primus, ut videtur, de Scuti auctore Hesiodo dubitavit (v. p. 108. ed. n.); certe videtur eius sententia, si codicem V1. sequimur, qui habet: *ὡς οὐκ οὖσαν ταύτην τὴν ὁπλοποιίαν Ἡσιόδου*, imprimis valere de ea parte, quam diximus tertiam. Secuti sunt alii, ut Theodosius Alexandrinus; v. Theodos. Grammat. p. 54., Bekkeri Anecd. p. 672, 2. p. 1163., Crameri Anecdota Oxon. IV. p. 315. Cf. Marckscheffel. p. 153. Contra non defuerunt qui Hesiodi partes susciperent, in quibus Apollonius Rhodius fuit. V. Grammat. p. 108. n. ed.: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶν αὐτοῦ εἶναι ἔκ τε τοῦ χαρακτῆρος καὶ ἐκ τοῦ τὸν Ἰόλαον ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρίσκειν ἡνιοχοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ*, nisi scribendum esse videtur: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιός φησιν αὐτοῦ εἶναι — ἐν τῷ γ' καταλόγῳ —.* Praeter Apollonium Megacles Atheniensis dicitur pro genuino Hesiodi carmine habuisse. Sed pro Megacle sine dubio cum Schweighaeusero ad Athen. T. XI. p. 346. introducendus erat Megaclides, de quo ita Athenaeus XII. p. 512. E.: *Διόπερ καὶ Μεγακλείδης ἐπιτιμᾷ τοῖς μεθ' Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ποιηταῖς, ὅσοι περὶ Ἡρακλέους εἰρήκασιν κ. τ. λ.* Eiusdem non immemor erat Heinrichius praef. Scut. p. LXIII., quanquam apud eundem Athe-

naeum alius cuiusdam Megaclis liber *περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν* memoratur X. p. 419. A.

Ad Eoeas pertinet egregium fragmentum Hesiodi, quod a Cobeto, Batavo doctissimo, nuper detectum maximo cum ingenii acumine nativo nitori suo restituit I. Geelius. Cuius hermaei inventi quum superiore auctumno Ritschelius meus e Batavia Ostendam veniens mihi nuntium attulisset, ego statim instare et ab eo petere, ut Geelium precibus suis mea causa expugnaret. Extemplo enim praevidi, Geelius si annuisset, ut novi fragmenti copia mihi fieret, magnum meo Hesiodo ornamentum creatum iri. Nec spes me fefellit. Maxima enim humanitate Geelius, vir doctissimus, has literas per Ritschelium mihi misit:

Goettlingio, viro clarissimo,
I. Geelius S. P. D.

Narravit tibi Ritschelius de fragmento Hesiodeo nuperrime reperto in Codice Veneto, quod quum impertiri tibi te magnopere velle significaverit, Hesiodi alteram editionem paranti, lubentissime describam. Reperit autem Cobetus meus, insigni valens memoria et artis palaeographicae peritia, rimandisque veteribus membranis plane factus.

In Scholiorum Euripidis Codice Marc. 471. fol. 48. recto legitur in margine dext. ad Orest. v. 239: *ἐπίσημον ἔτεκε τυνδάρεως: στησίχορός φησιν ὡς θεοῦ* (sic) *τοῖς θεοῖς τυνδάρεως ἀφροδίτης ἐλάθετο. δι' ὃ ὀργισθεῖσα τὴν θεὸν διγάμους τε καὶ τριγάμους καὶ λειψάνδρους αὐτοῦ τὰς θυγατέρας ἐποίησεν. ἔχει δὲ ἡ χρῆσις οὕνεκά ποτε τυνδάρεως ῥέζων πᾶσι θεοῖς μιᾶς ἐπελάθετο ἠπιοδώρου κύπριδος κείνα δὲ τυνδάρεω κούρας* (sic: ϰ̓ ῤ) *χολωσαμένη διγάμους τε καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσιόρας* (sic) *καὶ ἡσίοδος δὲ τῆισι δὲ φιλομειδὴς ἀφροδίτη ἠγάσθη προϊδοῦσα κακην δέσφ' ἤμβαλε φήμην. *τις ἀνδρι μένει. εἶ τ' εχετον προλιποῦσ' ἐβεβήκει. ἵκετο δ' εἰ σφιαία φίλον μακάρεσσι θεοῖσι*. ὡς δὲ κλυταιμνήστρα λιποῦσ' ἀγαμέμνονα δῖον αἰγίσθῳ παρέλεκτο καὶ εἵλετο χείρονα κοίτην ὥδ' ἐλέ ἤισχυνε λέχος ξανθοῦ μενελάου: —*

Pro verbis, quibus utrimque asteriscos apposui, in vulgato Scholio legitur *καὶ Ὅμηρος*, nescio quo errore librarii: nam quae sequuntur, nusquam apparent in Poeta, et in hoc Scholio integriore est continuitas quaedam sententiae. Itaque inde ab *ἡσίοδος* usque ad finem omnia sunt Hesiodi vel Poetae Hesiodei.

Accipio *τῆσιν*, quod tu olim edidisti pro *τῆσι*, quamquam excidere quaedam potuerunt ante *φιλομειδής*. Vulgatum *προσιδοῦσα* praeferendum videtur alteri *προϊδοῦσα*, cui tribuenda vel haud satis antiqua potestas providendi, quae his verbis non convenit, vel e longinquo prospiciendi, non magis idonea. In *προσιδοῦσα* intelligo pulcritudinem trium istarum virginum, quam adspiciens Dea eo magis se neglectam esse ab Tyndareo indignabatur.

Sequuntur turpissime corrupta, de quorum tamen emendatione non desperandum, quoniam tenemus Echemum, latentem in *εχετον*. Totum fragmentum ego sic constituerim:

*τῆσιν δὲ φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη*
*ἠγάσθη προσιδοῦσα, κακὴν δέ σφ' ἔμβαλε φήμην.*
*Τιμάνδρη μὲν ἔπειτ' Ἔχεμον προλιποῦσ' ἐβεβήκει,*
*ἵκετο δ' εἰς Φυλῆα, φίλον μακάρεσσι θεοῖσι.*
*Ὡς δὲ Κλυταιμνήστρη προλιποῦσ' Ἀγαμέμνονα δῖον*
*Αἰγίσθῳ παρέλεκτο καὶ εἵλετο χείρονα κοίτην,*
*ὧδ' Ἑλένη ᾔσχυνε λέχος ξανθοῦ Μενελάου.*

In postremis propterea *ὧδ' Ἑλένη* recipio pro vulg. *ὡς δ' Ἑλένη*, quod *δέ* in *ὡς δὲ Κλυτ.* respondet praegressis *Τιμάνδρη μ έ ν*. Sententia: sicut autem Clytaemnestra — ita Helena cet.

Ceterum restitutio nominum Timandrae, Echemi et Phylei nititur verbis Eustathii ad Iliad. *B.* 616: *Φυλεὺς γάρ, φασίν, μοιχεύσας Τιμάνδραν ἀδελφὴν Ἑλένης ἀπήγαγεν ἐς τὸ Δουλίχιον.* Hic autem Phyleus, Hesiodo dictus *φίλος μακάρεσσι θεοῖσι*, ab Homero l. l. vs. 628. vocatur *Διὶ φίλος*. Timandram nuptam fuisse Echemo, Arcadum regi, satis notum est ex Pausania VIII, 5, 1: *φαίνοιτο δ' ἂν τῷ ὑστέρῳ τῶν λόγων καὶ Τιμάνδρα συνοικήσασα ἡ Τυνδάρεω τῷ ἀποκτείναντι Ὕλλον Ἐχέμῳ.* Ex cuius verbis recte, ut spero, colligo locum Hesiodi fuisse fontem istius traditionis, quam quum poeta sic retulisset, ut incertum relinqueret cuiusnam Echemi inter plures eiusdem nominis Timandra uxor fuisset, nunc comparatis duabus traditionibus, receptaque posteriore, Pausanias fuisse conficit Echemum, regem Arcadiae, Hylli interfectorem. Si enim Heraclidae rediissent regnante Oreste (ut prius narraverat I, 41, 2.), non huius Echemi potuisse Timandram coniugem esse, sed iunioris cuiusdam Echemi, cuius tamen uxori vetulae, quippe materterae Orestis, nullum periculum fuisset ab moecho. Haec, nisi fallor, est sententia verborum Pausaniae, quae paulo obscuriora sunt, necdum, quantum memini, explicata.

Unde Eustathius hauserit incertum est in tanta iactura veterum Scholiorum. Legisse eum pleniora quam quae nunc habeamus in Schol. Ven. ad Il. *B*. 628. probabilis est coniectura Heynii ad Apollod. II, 5, 5., nec reticebo videri mihi intercidisse versum post *μακάρεσσι θεοῖσι*, cuius haec fuerit sententia: Ad Dulichium, quo eam Phyleus ex Tegea raptam duxit. Recusabis fortasse supplementum, quo admisso de Timandrae adulterio multo verbosius exponatur quam de Clytaemnestrae et Helenae. Huic dubitationi sic respondeo: vix excogitari posse, unde Eustathius de Timandrae fuga ad Dulichium audire potuerit, nisi ex isto ipso fragmento Hesiodeo: tum, ideo accuratius in hoc de Timandra referri quam de sororibus, quia harum fama percrebuisset, illius novitia esset; cuius fata et dedecus ne postea quidem, quantum scimus, in scena, quae sororum piaculis personuit, audita sunt, nec Pausanias ipse, antiquitatis diligentissimus scrutator, satis accurate noverat, scribens *φαίνοιτο δέ*. Versum denique, quem tu inter fragmenta recepisti ex Schol. Vrat. Pindari XI, 79: *Τιμάνδρην Ἔχεμος θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν*, cum versibus nunc repertis conglutinari posse, mecum dubitabis: quem mihi non persuasisti ad Aegimium pertinere, quo retulisti in priore Editione. Vides, Goettlingi, me non nimis securum esse nec de huius Carminis nec de eius aetate, unde decerpta sunt, quae Scholiastes Euripidis suppeditavit.

Rogasti Scholion, Goettlingi doctissime, non sententiam meam. Dedi utrumque; nec sententiam non rogatus tulissem, nisi haec prius partim conscripta habuissem, alio tempore promenda; sed omne hoc, quidquid est bonarum literarum, commune bonum est. Uteris, ut lubebit. Eadem plenius elaborare et exquisitius ornare Tu poteras, cuius doctrinam magni facere soleo. Quodsi dignas censueris has literas meas, quae edantur, non nocituras meae existimationi, ede, *πάντα χναύματα*, ne postremis quidem his resectis: in quo modestiae tuae damnum ego praestabo. Vale.

Scripsi Lugd. Batavorum
die 13. Nov. 1842.

In quibus literis facile dignam Valckenaeriis Ruhnkeniisque ingenii aciem agnosces; tam egregie Geelius versus 3. et 4. fragmenti restituit. Quam restitutionem mirum quantum confirmat Eustath. ad Il. I. p. 125. 126. et 797, 45. [Fragm. CCXX. n. ed.]: *καὶ Ἡσίοδος· Φυλέα φίλον μακάρεσσι θεοῖσι*, ubi Hermannus

de adiecto prooemio et indicato nomine auctoris Theogoniae eximie sustentatur Pausaniae loco IX, 27: Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐςποιήσαντα. Quem autem adiecisse putabimus? Difficilis est responsio. Mihi tamen adiecisse Terpander videtur, quem, e gente Hesiodia secundum fabulam oriundum, carmina Hesiodi etiam musica in agonibus perstrinxisse diximus. De hoc poeta ita Plutarchus de musica c. 4: πεποίηται δὲ τῷ Τερπάνδρῳ καὶ προοίμια κιθαρῳδικὰ ἐν ἔπεσιν. ὅτι δὲ οἱ κιθαρῳδικοὶ νόμοι οἱ πάλαι ἐξ ἐπῶν συνίσταντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε, et paulo post c. 6: τὰ γὰρ πρὸς τοὺς θεοὺς οὓς ἐβούλοντο (sic scribendum esse videtur) ἀφοσιωσάμενοι ἐξέβαινον εὐθὺς ἐπί τε τὴν Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποίησιν. δῆλον δὲ τοῦτ' ἔστι διὰ τῶν Τερπάνδρου προοιμίων. Hoc aptissime quadrat ad prooemium Theogoniae; a laudatione Musarum statim ad Theogoniam Hesiodi transit poeta. In ipso autem prooemio tam multa insunt testimonia magnae cum regionibus Boeotiae quasi familiaritatis contractae (cf. v. 4—6.) tamque proprius est Boeotorum cultus Musarum et Gratiarum, cuius uberior in carmine inest commemoratio, vix ut ab alio quam a Boeoto scriptum esse prooemium dicas. Fuit autem Boeotus etiam Terpander secundum Suidam. Iam igitur satis apparet, cur duo prae ceteris in hoc exordio argumenta exposita sint, alterum demonstrans in Boeotia conditum esse venerabile carmen, Musarum et Gratiarum celeberrima sede, iniuria ἀναισθησίας istius accusata, de qua nuper etiam Boeckhius dixit Expl. ad Pind. p. 162., alterum testans condidisse Hesiodum pastorem ad ipsas Heliconis radices. Sed scriptum esse Theogoniae, non universo carminum Hesiodiorum corpori (quod opinatur sine probabili ratione Muetzellius de emend. Theog. p. 366.), comprobatur non solum v. 33., sed toto carminis argumento, cui ne levissimae quidem indicationes Ἔργων insunt; imo laudes regum, quas Muetzellius censet esse antiquissimas (v. 80—97.), prorsus contrariae sunt gravi regum admonitioni in Operibus. Enim vero si dixi in ipsa Hesiodi Theogonia rarissima esse variarum recensionum vestigia propter ipsam argumenti sanctitatem, non mirandum est alia omnia apparere in exordio facta. Huic enim sine dubio additamenta quaedam adiecta sunt tam longiora quam breviora. Longiorum duo (v. 5—8. et v. 64—66.) debentur Boeoto artifici, cui Boeotiae quidam loci sacri ac numina vere propria Boeotiae adiicienda esse videbantur, ne iniuria patriae fieret; tertium (v. 46.) inepte ex v. 111. est repetitum; de quarta interpolatione versus 12.

dixi supra. Restat quinta (v. 105 — 115.) a rhapsodo quodam profecta pro vs. 11 — 21. Ex his apparet me ab ea opinione de septem exordii recensionibus, quam G. Hermannus in sagacissima ad hymnos Homericos praefatione olim exposuit, nunc fere descisse, quanquam illud Hermannus demonstravit luculenter, interpolatum multis locis esse prooemium. Eius autem interpolationis duo sunt exempla breviora gravissima. Alterum est in ista Hesiodi per Musas compellatione, quae Apollonii Rhodii tempore aliquanto uberior fuisse videtur: nam ita Scholiastes: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· οὐ λείπει δέ, ἀλλ' ἔστι· ποιμένες κ. τ. λ.*; sententiam Apollonii non recte intellectam esse a Scholiasta satis eo comprobatur, quod cognitum Apollonio fuisse versum 26. ostenditur eius imitatione *οἷον* adverbii. Sic enim ille Argon. III, 1109:

*ἀλλ' οἴον τύνη μὲν ἐμεῦ, ὅτ' Ἰωλκὸν ἵκηαι,*
*μνώεο,*

quod sine antiquo auctore non fuisse ausurum Apollonium puto. Sed gravius etiam illud est, quod idem Scholiastes monuit ad v. 28: *γράφεται δὲ γηρύσασθαι ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν*, quod praeter V 1. nullus codex praebet. Alterum brevioris interpolationis exemplum est in loco memorabili, qui uberiores regum laudes persequitur. Ibi v. 91. pro *ἀνὰ ἄστυ*, quae est omnium codicum lectio, Schol. *γρ. ἀν' ἀγῶνα.* Hoc qui legit Scholiasta (ad Iliad. XXIV, 1. p. 627. a. Bekkeri) sic interpretatus est: *παρὰ δὲ Βοιωτοῖς ἀγών ἡ ἀγορά καὶ τὸν ἀγορανόμον ἀγώναρχον καλοῦσιν· ὅθεν καὶ ἀγωνίους θεοὺς Αἰσχύλος ἀγοραίους* (quam inepta sit haec interpretatio, docet Aeschyl. Ag. 496. Blomf.) *καὶ Ἡσίοδος· ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα.* Atque ex hoc scholio Muetzellius p. 339. concludit „*ἀν' ἀγῶνα* a multis et probatis auctoribus fuisse in carmine sive lectum sive repositum." Ipsa scriptoris verba adieci, quod valde obscura sententia est. Mihi vero longe aliter statuendum esse videtur. *Ἀγῶνα ἀγοράν* esse Boeotis ex loco Hesiodi concluserunt. Pindarus enim et inscriptiones Boeoticae n. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1625. (haec, quanquam recentis aetatis, *ἀγοράν* praebet) omnes *ἀγῶνα* habent ea significatione, quae Graecis est usitatissima, ut publicam panegyrin significet, qua certamina musica et gymnica instituuntur (*Ὀλυμπικὸς ἀγών* etc.). Hoc si etiam hic statuis, habebis versu 91. sic lecto: *ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα*, rhapsodi interpolationem, qui regis alicuius *ἀγωνοθετοῦντος* in certamine praesentiam honore prosequi vellet. Hinc largae regum laudes ad capiendum eius animum idoneae, qui ludis publicis

praeesset vel adeo iudex constitutus esset. Non mirum igitur videbitur, si hunc locum pro panegyris ratione varie vel mutatum vel exornatum esse a rhapsodis de praemio magis quam de artis honore sollicitis statuerimus. Fuerunt igitur qui post v. 79. statim iuberent sequi versum 104. totius prooemii clausulam, quum in libera civitate declamarent (huius rei indicium esse videtur explicatio vocabuli προφερεστάτη ab Aristarcho profecta); secuti sunt alii, qui v. 80. adiicerent versui 79. Alii totum locum a v. 81—103. adiecerunt, qui in regia civitate perorabant, ita tamen, ut, si ipse rex agonotheta esset, ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα mutarent. A primo enim carminis auctore non potuit utrumque scribi, sed alterum utrum debuit. Atque aut demutatum aut amplificatum fuisse hoc prooemium a rhapsodis probat etiam hymnus sic dictus Homericus XIV. εἰς Μούσας καὶ Ἀπόλλωνα. Eiectis his interpolationibus totum prooemium aptissime inter se cohaeret. O. vero Muelleri sententia (Ephem. Gotting. 1834. p. 1381.), qua versus prooemii 36—67. ut hymnum in Musas, versus 75—103. ut Theogoniae vel alius cuiusdam Hesiodii carminis clausulam a ceteris prooemii partibus separandos esse iubet, ut reliquae partes (v. 1—35. 68—74. 104—115.) antiquo suo nitori restituantur, nec per se satis probabilis est nec causam explicare idonea, cur haec fragmenta tanquam vento huc reiecta sint. De Klausenii opinione dixit Gruppius de theog. p. 28.

Ipse vero Gruppius in hoc libro novam de antiquissima forma totius Theogoniae sententiam aperuit, strophis eam constitisse putans, ternos versus complectentibus, rhapsodos deinde e ternariis quibusque strophis primum fecisse quinarias, postea denarias, tandem venisse alios, qui totum stropharum ordinem conturbarent. Atque sic multa resecans textumque, ut sibi videtur, originalem recuperans Theogoniam ita coarctavit, vix ut opus esse videatur, ut tam modico carmini prooemium quatuor stropharum praemitteretur. Accedit, quod nec ternarius nec quinarius numerus secundum Graecorum atque adeo ipsius Hesiodi sententiam sacer erat, id autem sine dubio necessarium erat demonstrare, si hanc esse sacrae poesios Graecorum, qualem Gruppius statuit, rationem persuadere legentibus vellet. Ita enim Hesiod. Ἔργ. 802:

πέμπτας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί.

Ternarium autem numerum, cuius praeterea mentionem non fecit, una cum aliis hoc versu comprehendit (823.):

αἱ δ' ἄλλαι μετάδουποι, ἀκήριοι, οὔ τι φέρουσαι.

Praeterea nullis usquam testimoniis probari poterit Delphicum oraculum ternariis usum sortibus esse. Ceterum de toto libro Gruppii, quem multa dubia de Theogonia magno acumine movisse non diffiteor, meam sententiam uberius explicui in Nov. Diar. liter. Ienens. 1842. N. 13 — 15., cum quibus conferenda erit Ahrensii sententia (Diar. Gotting. 1842. p. 1257.) et Iul. Caesaris Diar. Antiq. I. N. 38 — 40.

## VI. De reliquis Hesiodo adscriptis carminibus.

Venio nunc ad cetera Hesiodo adscripta carmina, omnia didactici generis et argumenti tam practici quam mythologici. De his omnibus conferendus est locus Pausaniae IX, 31, 4: *Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες παρειλημμένῃ δόξῃ λέγουσιν, ὡς ἄλλο Ἡσίοδος ποιῆσαι οὐδὲν ἢ τὰ Ἔργα* [hinc explicatur alius locus Pausaniae VIII, 18, 1: *Ἡσιόδου γὰρ δὴ ἔπη τὴν Θεογονίαν εἰσὶν οἳ νομίζουσι*, et IX, 27, 2: *Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐσποιήσαντα οἶδα γράψαντα*]· *καὶ τούτων δὲ τὸ ἐς τὰς Μούσας ἀφαιροῦσι προοίμιον ἀρχὴν τῆς ποιήσεως εἶναι τὸ ἐς τὰς Ἔριδας λέγοντες, καί μοι μόλυβδον ἐδείκνυσαν, ἔνθα ἡ πηγή, τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου λελυμασμένον· ἐγγέγραπται δὲ αὐτῷ τὰ Ἔργα. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα κεχωρισμένη τῆς προτέρας, ὡς πολύν τινα ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσειεν· ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας καὶ Θεογονίαν τε καὶ ἐς τὸν μάντιν Μελάμποδα καὶ ὡς Θησεὺς ἐς τὸν ᾅδην ὁμοῦ Πειρίθῳ καταβαίη· παραινέσεις τε Χείρωνος ἐπὶ διδασκαλίᾳ δὴ τῇ Ἀχιλλέως καὶ ὅσα ἐπὶ Ἔργοις τε καὶ Ἡμέραις. οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσι καὶ ὡς μαντικὴν Ἡσίοδος διδαχθείη παρὰ Ἀκαρνάνων· καὶ ἔστιν ἔπη μαντικά, ὁπόσα τε ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν.* Aliter Suidas: *ποιήματα δὲ αὐτοῦ ταῦτα· Θεογονία, Ἔργα καὶ Ἡμέραι, Ἀσπίς, Γυναικῶν Κατάλογος ἐν βιβλίοις ε΄, Ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν τινα ἐρώμενον αὐτοῦ, περὶ Ἰδαίων δακτύλων καὶ ἄλλα πολλά.* Praeterea Hesiodo tribuuntur Aegimius, Astronomia, *Κήϋκος γάμος, Ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν, Θησέως εἰς Ἅιδου κατάβασις, Γῆς περίοδος* a variis scriptoribus suis quibusque locis in fragmentis allegatis. Vides etiam in his duplex fuisse argumentum, ut pars carminum pertineret ad mythologiam seu Theogoniam (*Γυναικῶν κατάλογον, Ἠοίας, Ἀσπίδα, Αἰγίμιον, Θησέως εἰς Ἅιδου κατάβασιν, Ἐπιθαλάμιον, Κήϋκος γάμον, περὶ Ἰδαίων δακτύλων*),

pars ad practicum genus seu Opera, *Μελαμποδίαν*, *παραινέσεις Χείρωνος*, *ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν*, *ἀστρονομίαν*. Quid de titulo: *ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν* (vel *βάτραχόν*) *τινα ἐρώμενον αὐτοῦ*, sentiendum sit nescio, videtur tamen ad Hesiodum relatum hoc carmen fuisse propter argumentum pastorale, quod simile fuit Culicis Virgiliani, qui ita finitur:

Parve Culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.

Dicamus primum de celeberrimis mythologici generis poematis, de Catalogo et Eoeis. Duos fuisse titulos uni eidemque carmini inditos ex eo patet, quod Scuti versus 1 — 56., quorum initium est *ἢ οἵη*, ab antiquo grammatico (p. 108. n. edit.) desumpti esse dicuntur ex quarto catalogo: *τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ ς'*. Accedunt Hesychius: *Ἠοῖαι· ὁ κατάλογος Ἡσιόδου*, et Suidas, qui Eoeas non commemorat, sed Catalogum. Porro Eustath. Il. p. 13: *ἦν δέ, φασί, Βούτης υἱὸς Ποσειδῶνος, ὡς Ἡσίοδος ἐν καταλόγῳ*, sed de eodem Bute Hesiodus dixerat in Eoeis magnis, Pausan. IV, 2, 1: *ἀλλὰ Ὕλλον μὲν τοῦ Ἡρακλέους θυγατρὶ Εὐαίχμῃ συνοικῆσαι Πολυκάονα υἱὸν Βούτου λεγούσας τὰς μεγάλας οἶδα Ἠοίας*. Et omnino quis putet primis statim temporibus carmen dictum fuisse *Ἠοίας*, quod nomen inditum esse constat ab repetito semper initio carminis, quum nova quaedam heroina celebranda esset? Catalogus primo dictum est carmen, postea etiam *Ἠοῖαι*. Prorsus simile exemplum habemus in ea parte libri Iliadis secundi, quae et *κατάλογος νεῶν* dicta est et *Βοιωτία*: illo enim titulo propter argumentum utebantur, hoc propter initium catalogi, quod (v. 494.) propterea factum a Boeotis est, quod ex Boeotia (Aulis enim est Boeotiae oppidum) in Asiam traiecerunt Graeci. Simile quid de *Ἔργοις* coniicere licere dixi antea. Divisae hae *Ἠοῖαι* in quatuor libros erant (Suidam enim, qui quinque fuisse dicit, errare ex testimoniis veterum apparet, quorum ne unus quidem quintum Catalogi librum commemoravit), quorum ultimus longe maior et auctior fuisse videtur quam tres priores, unde *μεγάλων Ἠοιῶν* cognomen tulisse concludi ex Pausaniae verbis potest, qui ita IX, 31, 4: *ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας*. Alia discrimina, quae inter Catalogos et Eoeas invenisse sibi visus est Marckscheffelius (p. 109.), ego vel animo lubentissimo non potui agnoscere, de quibus hic dicere longum est. Unum monuisse sufficiat. Confidenter Pausaniam adscripsisse Catalogum dicit Hesiodo (p. 111.), quum

Eoeas negaret Hesiodi esse. At vero ex IX, 31, 4. loco supra adscripto satis patet Pausaniam, Boeotos sibi coaevos secutum, Ἔργα tantum Hesiodo adscripsisse, cetera omnia putavisse spuria. Non praetermittendum est autem non uni eidemque auctori tribuendos quatuor libros esse, quum haec legantur apud Scholiastam Apollon. Rhod. II, 181: πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις, ὅτι Φρίξῳ τὴν [ἐς Σκυθίαν] ὁδὸν ἐμήνυσεν. ἐν δὲ τῷ γ' καταλόγῳ [τῶν καταλόγων P.], ἐπειδὴ τὸν μακρὸν χρόνον τῆς ὄψεως προέκρινεν. Sic etiam Wolfius iudicavit Prolegg. p. CLVII: „Itaque", inquit, „nec ceteris reliquiis Homericis nec Hesiodiis defuerunt, ut opinor, διασκευασταί, qui singulares rhapsodias connecterent sive eas, quae ab ipsis auctoribus ad eandem formam compositae erant, uno volumine complecterentur, ut καταλόγους γυναικῶν et Ἠοίας μεγάλας."

Ad hos rhapsodos etiam illud pertinet negotium, quo exitus Theogoniae, quem ex ratione heroogoniae Graecae imperfectum fuisse demonstravi, cum his carminibus Catalogi connecterent. Verisimile est enim ultimos Theogoniae versus in hunc modum cum Catalogis coniunctum fuisse:

*Νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε, καλλιέπειαι*
*Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,*
*Ἧις ἐμίγη φιλότητι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,*
*Οἵη ἔην Νιόβη,*

quibus postea adiungeretur ἢ οἵη Ἀλκμήνη vel simile quid de ceteris heroinis, quemadmodum id indicavimus ad Scut. v. 1. Ultimos igitur Theogoniae versiculos recte comparabimus cum versibus istis, quos sub finem Iliadis inventos esse scripsit Scholiasta Victorianus: τινὲς γράφουσιν·

*Ὣς οἵ γ' ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος· ἦλθε δ' Ἀμαζών,*
*Ἄρηος θυγάτηρ μεγαλήτορος ἀνδροφόνοιο.*

Connectebatur enim Aethiopis Arctini. V. Lobeckium Aglaoph. p. 417. Cf. Welcker. Cycl. ep. p. 213. Simili transitu Epigonos adnexos fuisse aliis carminibus ipsum eorum initium docet, quod servatum est ab auctore Agonis p. 324, 3:

*Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι.*

Talia autem composita esse ad Homeri verba: Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, quid mirum est?

Ceterum hos Catalogos Lucanus aut transtulit aut imitatus est: composuit enim Catalogum Heroidum. Sosicratem vero Phanagoritam et Nicaenetum Samium parodia Hesiodios libros perstrinxisse et ex eorum carminum titulis et ex Athenaei com-

memoratione videtur concludi posse. De his enim ita Athenaeus p. 590. B: *ἐπεί περ ἡμῖν ἐμποδὼν ἐγένου κατάλογον γυναικῶν ποιουμένοις, οὐ κατὰ τοὺς Σωσικράτους τοῦ Φαναγορίτου Ἠοίους ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου ἢ Ἀβδηρίτου.* Certe amplificasse Sosicratem carmina Hesiodi, quod arbitratur Bernhardy (Grundriſs d. griech. Litterat. I. p. 203.), ex Athenaeo non potest demonstrari.

Scutum Herculis quod dicitur quo modo annexum fuisse videatur Eoeis, dictum est ad Sc. v. 1. In hoc autem carmine facile dignosci possunt (de industria sic scripsi) tres partes, una eaque antiquissima a versu 1—56., quae desumpta ex Eoeis erat; hanc partem in Eoeis ipsis longe alia videntur secuta esse, de quibus optime exposuit O. Muellerus Dor. II. p. 478. Secunda pars est a versu 57—140., qui sunt coniungendi cum versibus 317—480. Ex hac, ut videtur, parte quaedam ut Hesiodia laudaverat Stesichorus, probabiliter in Cycno (quae sententia est Muelleri probe illa ab Welckero Cycl. ep. p. 199. et Marckscheffelio p. 149. sustentata). Tertia eaque longe recentissima pars est uberior descriptio Scuti a versu 141—317., de qua dixi ad v. 139. 217. et 318. Scuti.

Aristophanes grammaticus primus, ut videtur, de Scuti auctore Hesiodo dubitavit (v. p. 108. ed. n.); certe videtur eius sententia, si codicem V1. sequimur, qui habet: *ὡς οὐκ οὖσαν ταύτην τὴν ὁπλοποιίαν Ἡσιόδου*, imprimis valere de ea parte, quam diximus tertiam. Secuti sunt alii, ut Theodosius Alexandrinus; v. Theodos. Grammat. p. 54., Bekkeri Anecd. p. 672, 2. p. 1163., Crameri Anecdota Oxon. IV. p. 315. Cf. Marckscheffel. p. 153. Contra non defuerunt qui Hesiodi partes susciperent, in quibus Apollonius Rhodius fuit. V. Grammat. p. 108. n. ed.: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶν αὐτοῦ εἶναι ἔκ τε τοῦ χαρακτῆρος καὶ ἐκ τοῦ τὸν Ἰόλαον ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρίσκειν ἡνιοχοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ*, nisi scribendum esse videtur: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιός φησιν αὐτοῦ εἶναι — ἐν τῷ γ' καταλόγῳ —* . Praeter Apollonium Megacles Atheniensis dicitur pro genuino Hesiodi carmine habuisse. Sed pro Megacle sine dubio cum Schweighaeusero ad Athen. T. XI. p. 346. introducendus erat Megaclides, de quo ita Athenaeus XII. p. 512. E.: *Διόπερ καὶ Μεγακλείδης ἐπιτιμᾷ τοῖς μεθ' Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ποιηταῖς, ὅσοι περὶ Ἡρακλέους εἰρήκασιν κ. τ. λ.* Eiusdem non immemor erat Heinrichius praef. Scut. p. LXIII., quanquam apud eundem Athe-

naeum alius cuiusdam Megaclis liber *περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν* memoratur X. p. 419. A.

Ad Eoeas pertinet egregium fragmentum Hesiodi, quod a Cobeto, Batavo doctissimo, nuper detectum maximo cum ingenii acumine nativo nitori suo restituit I. Geelius. Cuius hermaei inventi quum superiore auctumno Ritschelius meus e Batavia Ostendam veniens mihi nuntium attulisset, ego statim instare et ab eo petere, ut Geelium precibus suis mea causa expugnaret. Extemplo enim praevidi, Geelius si annuisset, ut novi fragmenti copia mihi fieret, magnum meo Hesiodo ornamentum creatum iri. Nec spes me fefellit. Maxima enim humanitate Geelius, vir doctissimus, has literas per Ritschelium mihi misit:

## Goettlingio, viro clarissimo,
### I. Geelius S. P. D.

Narravit tibi Ritschelius de fragmento Hesiodeo nuperrime reperto in Codice Veneto, quod quum impertiri tibi te magnopere velle significaverit, Hesiodi alteram editionem paranti, lubentissime describam. Reperit autem Cobetus meus, insigni valens memoria et artis palaeographicae peritia, rimandisque veteribus membranis plane factus.

In Scholiorum Euripidis Codice Marc. 471. fol. 48. recto legitur in margine dext. ad Orest. v. 239: *ἐπίσημον ἔτεκε τυνδάρεως: στησίχορός φησιν ὡς θεοῦ* (sic) *τοῖς θεοῖς τυνδάρεως ἀφροδίτης ἐλάθετο. δι' ὃ ὀργισθεῖσα τὴν θεὸν διγάμους τε καὶ τριγάμους καὶ λειψάνδρους αὐτοῦ τὰς θυγατέρας ἐποίησεν. ἔχει δὲ ἡ χρῆσις οὕνεκά ποτε τυνδάρεως ῥέζων πᾶσι θεοῖς μιᾶς ἐπελάθετο ἠπιοδώρου κύπριδος κείνα δὲ τυνδάρεω κούρας* (sic: ϰ̆ ρ̆) *χολωσαμένη διγάμους τε καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσιόρας* (sic) *καὶ ἡσίοδος δὲ τῇισι δὲ φιλομειδὴς ἀφροδίτη ἠγάσθη προϊδοῦσα κακην δέσφ' ἔμβαλε φήμην. *τις ἀνδρι μένει. εἴ τ' εχετον προλιποῦσ' ἐβεβήκει. ἵκετο δ' εἰ σφιαία φίλον μακάρεσσι θεοῖσι*. ὡς δὲ κλυταιμνήστρα λιποῦσ' ἀγαμέμνονα δῖον αἰγίσθῳ παρέλεκτο καὶ εἵλετο χείρονα κοίτην ὥδ' ἐλέ ἤισχυνε λέχος ξανθοῦ μενελάου*: —

Pro verbis, quibus utrimque asteriscos apposui, in vulgato Scholio legitur *καὶ Ὅμηρος*, nescio quo errore librarii: nam quae sequuntur, nusquam apparent in Poeta, et in hoc Scholio integriore est continuitas quaedam sententiae. Itaque inde ab *ἡσίοδος* usque ad finem omnia sunt Hesiodi vel Poetae Hesiodei.

Accipio *τῆσιν*, quod tu olim edidisti pro *τῆσι*, quamquam excidere quaedam potuerunt ante *φιλομειδής*. Vulgatum *προσιδοῦσα* praeferendum videtur alteri *προϊδοῦσα*, cui tribuenda vel haud satis antiqua potestas providendi, quae his verbis non convenit, vel e longinquo prospiciendi, non magis idonea. In *προσιδοῦσα* intelligo pulcritudinem trium istarum virginum, quam adspiciens Dea eo magis se neglectam esse ab Tyndareo indignabatur.

Sequuntur turpissime corrupta, de quorum tamen emendatione non desperandum, quoniam tenemus Echemum, latentem in *εχετον*. Totum fragmentum ego sic constituerim:

*τῆσιν δὲ φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη*
*ἠγάσθη προσιδοῦσα, κακὴν δέ σφ' ἔμβαλε φήμην.*
*Τιμάνδρη μὲν ἔπειτ' Ἔχεμον προλιποῦσ' ἐβεβήκει,*
*ἵκετο δ' εἰς Φυλῆα, φίλον μακάρεσσι θεοῖσι.*
*Ὡς δὲ Κλυταιμνήστρη προλιποῦσ' Ἀγαμέμνονα δῖον*
*Αἰγίσθῳ παρέλεκτο καὶ εἵλετο χείρονα κοίτην,*
*ὧδ' Ἑλένη ᾔσχυνε λέχος ξανθοῦ Μενελάου.*

In postremis propterea *ὧδ' Ἑλένη* recipio pro vulg. *ὡς δ' Ἑλένη*, quod *δέ* in *ὡς δὲ Κλυτ.* respondet praegressis *Τιμάνδρη μέν*. Sententia: sicut autem Clytaemnestra — ita Helena cet.

Ceterum restitutio nominum Timandrae, Echemi et Phylei nititur verbis Eustathii ad Iliad. *B*. 616: *Φυλεὺς γάρ, φασίν, μοιχεύσας Τιμάνδραν ἀδελφὴν Ἑλένης ἀπήγαγεν ἐς τὸ Δουλίχιον.* Hic autem Phyleus, Hesiodo dictus *φίλος μακάρεσσι θεοῖσι*, ab Homero l. l. vs. 628. vocatur *Διὶ φίλος*. Timandram nuptam fuisse Echemo, Arcadum regi, satis notum est ex Pausania VIII, 5, 1: *φαίνοιτο δ' ἂν τῷ ὑστέρῳ τῶν λόγων καὶ Τιμάνδρα συνοικήσασα ἡ Τυνδάρεω τῷ ἀποκτείναντι Ὕλλον Ἐχέμῳ.* Ex cuius verbis recte, ut spero, colligo locum Hesiodi fuisse fontem istius traditionis, quam quum poeta sic retulisset, ut incertum relinqueret cuiusnam Echemi inter plures eiusdem nominis Timandra uxor fuisset, nunc comparatis duabus traditionibus, receptaque posteriore, Pausanias fuisse conficit Echemum, regem Arcadiae, Hylli interfectorem. Si enim Heraclidae rediissent regnante Oreste (ut prius narraverat I, 41, 2.), non huius Echemi potuisse Timandram coniugem esse, sed iunioris cuiusdam Echemi, cuius tamen uxori vetulae, quippe materterae Orestis, nullum periculum fuisset ab moecho. Haec, nisi fallor, est sententia verborum Pausaniae, quae paulo obscuriora sunt, necdum, quantum memini, explicata.

Unde Eustathius hauserit incertum est in tanta iactura veterum Scholiorum. Legisse eum pleniora quam quae nunc habeamus in Schol. Ven. ad Il. *B*. 628. probabilis est coniectura Heynii ad Apollod. II, 5, 5., nec reticebo videri mihi intercidisse versum post *μακάρεσσι θεοῖσι*, cuius haec fuerit sententia: Ad Dulichium, quo eam Phyleus ex Tegea raptam duxit. Recusabis fortasse supplementum, quo admisso de Timandrae adulterio multo verbosius exponatur quam de Clytaemnestrae et Helenae. Huic dubitationi sic respondeo: vix excogitari posse, unde Eustathius de Timandrae fuga ad Dulichium audire potuerit, nisi ex isto ipso fragmento Hesiodeo: tum, ideo accuratius in hoc de Timandra referri quam de sororibus, quia harum fama percrebuisset, illius novitia esset; cuius fata et dedecus ne postea quidem, quantum scimus, in scena, quae sororum piaculis personuit, audita sunt, nec Pausanias ipse, antiquitatis diligentissimus scrutator, satis accurate noverat, scribens *φαίνοιτο δέ*. Versum denique, quem tu inter fragmenta recepisti ex Schol. Vrat. Pindari XI, 79: *Τιμάνδρην Ἔχεμος θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν*, cum versibus nunc repertis conglutinari posse, mecum dubitabis: quem mihi non persuasisti ad Aegimium pertinere, quo retulisti in priore Editione. Vides, Goettlingi, me non nimis securum esse nec de huius Carminis nec de eius aetate, unde decerpta sunt, quae Scholiastes Euripidis suppeditavit.

Rogasti Scholion, Goettlingi doctissime, non sententiam meam. Dedi utrumque; nec sententiam non rogatus tulissem, nisi haec prius partim conscripta habuissem, alio tempore promenda; sed omne hoc, quidquid est bonarum literarum, commune bonum est. Uteris, ut lubebit. Eadem plenius elaborare et exquisitius ornare Tu poteras, cuius doctrinam magni facere soleo. Quodsi dignas censueris has literas meas, quae edantur, non nocituras meae existimationi, ede, *πάντα χναύματα*, ne postremis quidem his resectis: in quo modestiae tuae damnum ego praestabo. Vale.

Scripsi Lugd. Batavorum
die 13. Nov. 1842.

In quibus literis facile dignam Valckenaeriis Ruhnkeniisque ingenii aciem agnosces; tam egregie Geelius versus 3. et 4. fragmenti restituit. Quam restitutionem mirum quantum confirmat Eustath. ad Il. I. p. 125. 126. et 797, 45. [Fragm. CCXX. n. ed.]: *καὶ Ἡσίοδος· Φυλέα φίλον μακάρεσσι θεοῖσι*, ubi Hermannus

recte *Φυλῆα*. Simul hoc Geelianum fragmentum docere potest, quam lubrica res sit fragmenta poetae velle in ordinem disponere. Nemo enim divinavit vel divinare poterat fragm. CCXX. n. edit. componendum esse cum fragm. CCVI.

Pauca addere liceat. Quod Geelius post *μακάρεσσι θεοῖσι* versum excidisse suspicatur, quo Dulichii mentio facta sit, eam ob causam non probabile videtur, quod Echemum filiumque eius Evandrum una cum Timandra alias etiam commemoraverat Hesiodus, ut ostendit Fragm. CCXLII., quod ego nimis contraxi: sequuntur enim apud Servium haec: Ledae et Tyndarei filias, Clytaemnestram, Helenam et Timandram, quam duxit uxorem Echemus Arcas, cuius filius fuit Evander. Ex eo igitur loco, quem Servius in animo habuit, narrationem de Dulichio suam hausisse putandus est Eustathius. Neque alius Echemi statuendi necessitatem video. Nihil enim Pausanias dicit aliud, quam famam fuisse illam Hylli expeditionem factam esse Orestis tempore; quam ille opinionem sola aetate Echemi, Hylli interfectoris, computata reiiciendam esse arbitratur.

Ceycis nuptias partem fuisse Catalogi vel Eoearum multi fuerunt qui dicerent. Paucissimae conservatae reliquiae sunt, quibus adiiciendum nunc videtur illud, quod Hesiodii carminis fuisse suspicatus erat Muellerus Dor. II. p. 481: *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν*, vel potius: *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν*, ut Hesiodus dixisse videtur, cuius postea invertit sententiam Eupolis. V. Meinekii Fragmenta poetarum com. ant. I. p. 542., qui Schneidewini in Zenobii textu coniecturam (v. Bergkii rell. com. Att. p. 440. et Schneidew. ad Zenob. prov. II, 19.): *οὕτως Ἡσίοδος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ*, pro *οὕτως Ἡράκλειτος* recepit. Certe, si nihil mutandum esse videatur, ille Heraclitus non est Ephesius, sed Comicus, cuius *Ξενίζοντα* commemoravit Athen. X. p. 414. D., nisi substituendus Heraclides est cum Meinekio Histor. crit. Com. Graec. p. 422.

*Ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν* Hesiodo adscriptum esse videtur propter argumentum, quod ab Eoeis non adeo diversum esse videbatur.

Thesei cum Pirithoo ad inferos descensus Harlesio (Fabricii Bibl. Gr. I. p. 592.) ex Aegimio desumptum carmen videbatur. De qua re vehementer dubito. Inductus in errorem esse videtur eo, quod Cercopi poetae, quem Aegimii auctorem fuerunt qui haberent, quaedam *εἰς ᾅδου κατάβασις* tri-

buitur, quae quum Orphici argumenti esset, nihil commune habebat cum argumento Aegimii mythologico. Argumentum indicasse videtur Plutarch. Thes. 35. Cum hoc autem si plura, ut multi credunt, coniuncta fuerunt alia, etiam de Aegle, propter quam deseruisse Ariadnam Theseus dicebatur, de qua re Hereas Megarensis exposuerat (Fragm. CXIII.), non improbabile videtur etiam illos versus, quos ex nescio quo poeta idem Hereas allegaverat (Plut. Thes. 32.):

*τὸν (Ἄλυκον) ἐν εὐρυχόρῳ ποτ' Ἀφίδνῃ*
*Μαρνάμενον Θησεὺς Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο*
*κτεῖνεν*

pro Hesiodiis habendos esse. Hereas ab Etym. M. p. 436. Heras dici videtur.

De Aegimio dixi p. 251. Unum addere liceat propter fragmenta VII. et VIII. In hoc poemate sermonem etiam fuisse de Doriensium republica novisque in ea legibus latis concludi potest ex Pindar. Pyth. I, 125: *αἰεὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμίου*[16]) *Δωρίοις*. Neque Hylli Timandraeque mentio abesse poterat.

Carmen *περὶ Ἰδαίων δακτύλων*, de quo vide Lobeck. Agl. p. 1156., et *Μελαμποδία* (non *Μελαμπῳδία*, ut legitur apud Fabricium Bibl. Gr. I. p. 115.) ad idem mythologicum genus pertinere nunc puto: de Melampodia enim recte exposuisse videtur Marckscheffelius p. 169. Ceterum de eodem Melampode fabulas collegit Eckermannus (Melampus und sein Geschlecht. Goett. 1840.).

Ad didacticum porro genus olim dixi pertinere *ἔπη μαντικά* et *ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν*, quae Pausanias commemorare videtur. Sed de *ἔπεσι μαντικοῖς* recte monuit Marckscheffelius non esse habenda in titulis carminum Hesiodiorum, quum verba Pausaniae nihil videantur significare, quam multos esse in carminibus Hesiodiis versiculos, qui de vaticiniis agant; idem tamen dicendum erat de *ἐξηγήσεσιν ἐπὶ τέρασιν*. Monendum est enim Pausaniam Herodotum et Homerum imitantem *τὲ* particulam (nisi praefers cum novissimis editoribus supposititiam dicere) relativis ita adiungere, ut horum vim intendat; *ὁπόσα τε* sunt igitur quaecunque, neque *τὲ* illud cum *καί* ante *ἐξηγήσεις* componendum

---

16) Mirum est de accentu vocabuli *Αἰγίμιος* nihil apud grammaticos reperiri. Ego duos locos Pindari (Pyth. I, 64. V, 72. Boeckh.) ut antiquissimos omnium secutus in doctrina de accent. Gr. p. 172. dixi *ὀξυτόνως* pronuntiandum nomen esse; sed monendum est in omnium scriptorum serioris aetatis locis proparoxytonon esse.

est. Totus igitur locus Pausaniae sic intelligendus. Post ὅσα ἐπὶ ἔργοις καὶ ἡμέραις nulla amplius titulorum Hesiodiorum commemoratio; pergit Pausanias ad vitam Hesiodi enarrandam; iam igitur quum dixisset secundum auctores quosdam Hesiodum apud Acarnanas didicisse divinationem (quod Acarnania inde ab Alcmaeone habebatur vatum feracissima; v. Valckenar. ad Herodot. I, 62. VII, 221. Clement. Alex. Strom. I. p. 245. Sylb.), postea adiecit posse huic sententiae ex ipsis Hesiodo adscriptis carminibus fidem quandam parari: quaecunque (ὁπόσα τε) enim et nos ipsi legimus plena sunt divinationis et explicant prodigia. His vero verbis praecipue Hesiodi Opera innuisse putandus est: v. 383. 415. 448. 564 — 566. 571. 582. 609 — 619. all. Adde etiam Schol. Aeschyl. Prom. 793. (Fragm. CXCI.): περὶ γρυπῶν Ἡσίοδος πρῶτος ἐτερατεύσατο, et Schaubach. Geschichte der Astronomie p. 36.

Astronomia vel ἀστρολογία vel ἀστρικὴ βίβλος tribuitur Hesiodo a Plinio H. N. XVIII, 25: Occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus (nam huius quoque nomine exstat Astrologia) tradidit fieri, quum aequinoctium auctumni conficeretur, Thales vigesimo die ab aequinoctio, Anaximander vigesimo nono, Euctemon XLVIII. Plut. de Pyth. or. 18: ἐν μέτροις πρότερον Εὐδόξου καὶ Ἡσιόδου καὶ Θαλοῦ γραφόντων, εἴ γε Θαλῆς ἐποίησεν, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, τὴν αὐτῷ ἀναγραφομένην ἀστρολογίαν: unde concludas Plutarchum ἀστρονομίαν pro vere Hesiodio carmine habuisse. Callimachum epigr. XXIX. eiusdem opinionis auctorem nolui addere, quod Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος etiam de Operibus intelligere licet.

Sequuntur Χείρωνος ὑποθῆκαι, de quarum argumento silere satius duco, quam quae nec sciri nec credi possunt proferre. Aristophanis Byzantii sententiam de libelli auctore protuli fragm. CLXXXIII.

Γῆς περίοδος, quae tanquam poema Hesiodi citatur (v. Fragm. p. 294.), nihil aliud esse videtur, quam Hesiodiorum locorum ab Eratosthene [Eudoxo] facta de hac re collectio et eo titulo insignita, qui ab Hecataeo inde celeberrimus erat. V. Klausen. Hecat. p. 13. Cui sententiae obstare dixerunt F. Osannus (Zeitschr. f. Alterth. 1841. p. 645.) et Marckscheffelius p. 197., quod Strabo VII. p. 302. memoriam sententiae cum carminis nomine ex Ephori historiis hausisse videatur. Hoc autem minime concludere licet ex Strabonis verbis, qui versum γλακτο-

φάγων εἰς αἶαν ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων ex Hesiodo allegavisse Ephorum quum sciret, ipse de suo addidit ἐν τῇ καλουμένῃ γῆς περιόδῳ. Nam vere Hesiodi carmen si fuisset Γῆς περίοδος, certe non addidisset ἐν τῇ καλουμένῃ Strabo. Quod Euthydemus apud Athenaeum III. p. 116. A. praeterea Hesiodum inducit περὶ ταριχῶν praecepta dantem, ipsius Euthydemi festivum inventum est.

Omnium fragmentorum indicem secundum titulos invenies p. 307., indicem praecipuorum scriptorum, qui reliquias Hesiodi conservarunt, p. 308., in quem eos scriptores nolui recipere, qui Hesiodi locos quosdam commemoraverunt quidem, sed aut brevioribus verbis aut depravatioribus. Ordinem, quo superiore editione disposueram disiecta Hesiodi membra, in universum etiamnunc secutus sum. Quod mirabuntur fortasse qui iudicii G. Hermanni, quem honoris causa nomino, (Opusc. VI. p. 255.) de sic dispositis carminibus et eorum meminerunt, qui post Hermannum dixerunt similiter; sed duabus praecipue de causis non prorsus eum ordinem mutare volui, quem non prorsus imprudens institueram: primum enim tam lubricum est negotium fragmenta ordinare, ut assensum ferre vel paucorum difficile sit; deinde, si plane novum ordinem excogitassem, verendum erat, ne iterum etiam in hac re in me excitarem apium et fucorum vel aculeos vel bombos, qui, regis semel iudicio de libro meo interposito, sic in me involarunt, ut tacere satius ducerem quam Ciceronis dictum meo etiam exemplo confirmare: aculeum apis sine clamore ferre non possumus. Quare in universum conservavi pristinum ordinem, paucis tamen exceptis et erroribus correctis, quos Hermannus indicavit plurimos, alios Marckscheffelius. Post me alii etiam in colligendis fragmentis Hesiodi elaboraverunt, C. Lehmannus de Hesiodi carminibus perditis partic. I. Berol. 1828., F. S. Lehrsius (in corpore epicorum Graecorum. Paris. 1840), H. Duentzerus (die Fragmente der epischen Poesie der Griechen bis zur Zeit Alexanders d. Gr. Köln 1840; Nachtrag zu den Fragm. Köln 1841), G. Marckscheffelius (Hesiodi, Eumeli, Cinaethonis, Asii et carminis Naupactii fragmenta. Lips. 1840), quorum omnium hic, quem ultimo dixi loco, fuit diligentissimus et in conquirendis reliquiis et in ordinandis; huius igitur collectionis numerum meis numeris adieci in parenthesi. Totum tamen Marckscheffelii ordinem nolui sequi tam propterea, quod ignavum videbatur ope-

ram eius quasi praedam mihi arrogare, quam eam ob causam, quod multis locis mihi dissentiendum ab eo erat. In universum autem brevitati maxime studui, ne fragmentorum moles carminum ipsorum corpus quasi subrueret.

## VII. De antiquis grammaticis Hesiodi interpretibus.

In carminibus Hesiodiis edendis et explicandis multi numero grammatici antiqui operam posuerunt haud contemnendam, quanquam admodum paucae eorum annotationes nostram tulerunt aetatem. Dixi de industria antiquos grammaticos. Quae enim Pisistrato adscribi videtur editio (v. Fragm. CXIII. Cf. Plut. Thes. 32.) et quae Aristoteli tribuuntur *ἀποϱήματα Ἡσιόδου* apud auctorem anonymum vitae Aristotelis (Menag. Diog. L. p. 202) nimis sunt dubiae auctoritatis, quam ut hic in censum venire possint. De Praxiphanis iudicio de exordio Operum dixi p. 159. Cf. Preller. de Praxiph. et Classen. Gramm. Gr. prim. p. 8. Primus igitur nominandus Zenodotus est, Ephesius sine dubio, cuius annotationes ad Theogoniam 5. 116. conservatae sunt a Scholiastis. In annotatione priore vulgatam lectionem: *ἐν δὲ τοῖς Ζηνοδοτείοις γϱάφει Τεϱμησσοῖο· τὰς δὲ πηγὰς ἔχει ἐν τῇ Θεσπιακῇ χώϱᾳ καὶ ἀπ' αὐτῆς ῥεῖ εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην, κακῶς· ὁ γὰϱ Τεϱμησσὸς ὄϱος ἐστὶ καὶ οὐ ποταμός*, Gaisfordium recte emendasse: *ἐν δὲ τ. Ζ. γϱάφεται Τεϱμησσοῖο*, testatur codex Neapolitanus; pro *τοῖς Ζηνοδοτείοις* legendum est *ταῖς Ζηνοδοτείοις*, sc. *διοϱθώσεσι*. V. Apollon. Dysc. de pron. p. 140. B. Bekk.: *Ἐν ταῖς Ζηνοδοτείοις διοϱθώσεσι δίχα τοῦ ν̄ Ζεὺς δὲ πϱὸς ὃν λέχος ἐγϱάφετο*. Etiam in Homeri recensione suam Boeotiae cognitionem demonstravit, quanquam et hic obtrectatores suos nactus est. V. Strabon. IX. p. 284. *Ζηνόδοτος δὲ γϱάφων· οἳ δὲ πολυστάφυλον Ἄσκϱην ἔχον, οὐκ ἔοικεν ἐντυχεῖν τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἡσιόδου πεϱὶ τῆς πατϱίδος λεχθεῖσι καὶ τοῖς ὑπ' Εὐδόξου πολὺ χείϱω λέγοντος πεϱὶ τῆς Ἄσκϱης*, unde sua convasavit Eustathius ad Il. p. 270. ed. R. Zenodotum igitur non legisse Hesiodum, quem edidit? Scilicet ista regio neque nunc prorsus aversa vino est. Quod Zenodotum secutus sum Th. 5., erit fortasse qui vituperet provocans ad Wolfii prolegg. p. CC: „Ac sane plurimae lectiones eius tam sunt improbabiles et a tanta temeritate iudicii profectae, ut ita emendare vel tironem hodie pudeat." Dura sane verba

quorum aculei non admodum mitigantur ea quae post a Wolfio addita est excusatione. Mihi sequendum esse videbatur subactum iudicium Thierschii (Gramm. Gr. §. 158, 14.).

Sequitur Aristophanes Byzantius citatus a Scholiastis ad Theogoniam v. 68: *ἐπεσημήνατο ταῦτ' ὁ Ἀριστοφάνης· νῦν περὶ τῆς ἀνόδου φησὶν αὐτῶν εἰς τὸν Ὄλυμπον. πρότερον γὰρ ἦν λόγος αὐτῷ περὶ τῆς ἐν τόπῳ αὐτῶν χορείας.* Haec videntur e commentario in Theogoniam hausta esse. De Aristophanis sententia de auctore Scuti Herculis v. p. 108. et quae supra diximus. Praeterea dubius locus est in Schol. ad Theog. 126: *Δίδυμος δὲ τὸ ἶσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ἤγουν ὅτι καὶ αὐτὸς ὥςπερ αὐτὴ ἐγεννήθη. Καὶ Ἀριστοφάνης. Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ. ὅτε ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις.* Ex hoc loco, qui ita corrigendus esse videtur secundum codicum vestigia: *Ἀριστοφάνης τὸ ἐναντίον λέγει (ἄϊσον), ὡς καὶ Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ, ὅτι ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις*, haec sententia elicitur: quemadmodum igitur fortiorem et grandiorem filium Herculem Amphitruo progenuit, ita Terra Coelum.

Post hunc laudandus Aristarchus est. Atque Orio quidem Thebanus v. *Λακίδες· ἐπὶ σχίσματος ἱματίου παρὰ τὸ λακεῖν καὶ ψοφεῖν ἠρέμα ἐν τῷ σχίζεσθαι· οὕτω Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς σημείοις Ἡσιόδου.* Sed hic pro *Ἀρίσταρχος* scribendum esse *Ἀριστόνικος*, de quo post dixerimus, recte monuit Lehrsius de Aristarchi studiis Homericis p. 4. Certiores sunt alii loci. Exordium Operum ut spurium notaverat; porro 210. 211. 378. 740., ubi ita Proculus: *ἄλλοι γράφουσι κακότητα· ἐπεὶ κακότητα οἶδεν ἀντὶ τοῦ ἐκακώθη. Ἀρίσταρχος δὲ ἀθετεῖ τὸν στίχον τοῦτον. ἄλλοι κακότητα ἔπι, οἱονεὶ ἐπὶ κακῷ ἑαυτοῦ.* Theog. 114: *οἱ περὶ Ἀρίσταρχον τὸ ἐξ ἀρχῆς μόνον λέγουσιν*, nempe *δεῖν ἀθετεῖν*; vs. 115. 991., ubi pro *Ἀρχίλοχος δὲ γράφει μύχιον* cum Ruhnkenio praef. ad Hesych. p. VII. legendum est *Ἀρίσταρχος*. Praeterea annotationes quaedam Aristarchi commemorantur ad Op. 97: *ἔνδον ἔμιμνε πίθου] ὥς φασιν, ἔμεινεν ἐν τῷ πίθῳ ἡ ἐλπίς· ἔστι γὰρ τοῦτο ἐν ἀνθρώποις. — φησὶν οὖν Ἀρίσταρχος, ὅτι ἡ μὲν τῶν κακῶν ἔμεινεν, ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐξῆλθεν, ὅθεν ἀκυρολογοῦμεν λέγοντες ἐλπίζειν κακά.* Ad Theog. 79: *Ἀρίσταρχος τὸ προφερεστάτη ἀντὶ τοῦ πρεσβυτάτη ἤκουσεν.* Hoc si verum est, videtur inde concludi posse Aristarchum sequentes versus pro non Hesiodiis habuisse, de qua re supra monui; certe si

*προφερεστάτη* interpretamur *πρεσβυτάτη*, nescimus, cur *γάρ* v. 80. adiecerit poeta.

Apollonius Rhodius commemoratur ab auctore argumenti III. Scuti: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ´* (de hoc numero diximus supra p. LVIII.) *φησὶν αὐτοῦ* (*τοῦ Ἡσιόδου τὴν ἀσπίδα*) *εἶναι*; porro a scholiis ad Oper. 824., ad Theog. 26. *γαστέρες οἶον*] *οἱονεὶ ἀντὶ τοῦ περὶ τὴν γαστέρα μόνην ἀσχολούμενοι καὶ μόνα τὰ τῆς γαστρὸς φρονοῦντες. Ἀπολλώνιος μὲν ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· ἀλλ' οὐ λείπει δέ, ἀλλ' ἔστι· ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον.*

Didymus duobus locis laudatur, uno ad Oper. 300: *Δίδυμος δὲ κοτούροις, ὅτι κότον ἔχουσιν ἐν τῇ οὐρᾷ*; altero ad Theog. 126: *Δίδυμος τὸ ἴσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ὅτι καὶ αὐτὸς ὥσπερ καὶ αὐτὴ ἐγεννήθη*, ut nescias, an singularem operam in Hesiodi carminibus interpretandis edendisve posuerit. V. Natal. Com. VI, 18.

Seleucus Alexandrinus citatur ad Oper. 96., ubi pro *δόμοισι* scripsit *πίθοισι*, Oper. 549., ubi pro *πυροφόρος* scr. *ὀμβροφόρος*, Scut. 415., ubi pro *χαλκόν χαλκός*; Theog. 114. 115. damnantur, 160. *ἀχνυμένη*, 270. *καλλιπάρῃος* scripsit.

Sequitur Aristonicus Alexandrinus, qui *περὶ τῶν σημείων* (notas dicit Cicero in Pison. 30.) *τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου* scripsit, teste Suida v. *Ἀριστόνικος*. Cf. Boeckh. Praef. Pind. p. XVI. Semel laudatur in scholiis, quae nostram aetatem tulerunt, Theog. 178: *Ἀριστόνικος λοχεοῖό φησιν ὡς θυρεοῖο· λοχεὸς γὰρ λέγει* (f. *λέγεται*), *βεβίασται* (sc. *ἀναβεβίασται*) *δὲ τὸ λοχέοιο παρὰ τὸ ἔθος* (v. p. XXXII. h. praef.). Egregia observatio, cuiusmodi si plures haberemus, de dialecto Hesiodi longe exquisitiora sciremus. Si concludere liceret haec *σημεῖα*, de quibus ad Theogoniam dixerat Aristonicus, Aristarchi fuisse, quod de Aristonici notis Homericis comprobavit Lehrsius de Aristarchi stud. Hom. p. 15., longe etiam pretiosior fuit Aristonici liber.

Hi omnes ad Aristarchi scholam Alexandrinam videntur pertinere. Sed etiam Aristarchi clarissimus adversarius et obtrectator, Crates Mallotes, bibliothecae et Musei Pergameni [17]) praefectus, operam laudabilem videtur posuisse in critica Hesiodia.

---

[17]) De Museo Pergameno etiamnunc dubitat Matterus, essai historique sur l' école d' Alexandrie I. p. 48. Sed v. praeter Wolfium Prolegg. p. CCLXXVI. F. Rankium de Aristoph. vita p. CLXIII. Bernhardy, Grundriſs der griech. Literat. I. p. 362.

V. Schol. ad Oper. 530: *Κράτης δὲ γράφει μαλκιόωντες*; ad Theog. 126: *ἀλλ' ὁ Κράτης ἀπορεῖ λέγων· εἰ γὰρ ἴσον, πῶς δύναται καλύπτειν; λέγει οὖν ἴσον ὅμοιον τῷ σχήματι, σφαιροειδῆ, τῷ μεγέθει δὲ ἀπειροπλάσιον.* Locus gravissimus est Schol. Theog. 142: *Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται· οἳ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες. πῶς γὰρ τοὺς αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκιππίδων καταλόγῳ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναρεῖσθαι ποιεῖ;* Ex quo apparere videtur Cratetem cognitam habuisse aliam Theogoniae recensionem, quam ea est, qua nunc nos utimur. Longe aliter quidem de hoc loco Marckscheffelius iudicat p. 126., qui Cratetem hunc versum (*οἳ δ' ἐξ ἀθ.*) ex Leucippidum catalogo citasse in margine putat, ut diversitas narrationum in Theogonia et in Catalogis appareret. Et recte quidem monuit *παρατίθεσθαι* (et *παρατιθέναι*) significare multis locis „citare, laudare"[18]), sed multum differt dicere *παρατίθεσθαί τινα στίχον* et *παρατίθεσθαι στίχον ἀντὶ ἄλλου στίχου*, ut dicitur hic, quod nullo pacto potest significare id, quod Marckscheffelius voluit; ita scholiastes dixisset potius: *τούτῳ τῷ στίχῳ ἄλλον στίχον παρατίθεται*, ut apud Platon. Leg. V. p. 735. C. *παραθέσθαι τῷ λόγῳ*.

In his grammaticis Pergamenis habendus est etiam Demetrius Ixio Adramyttenus, qui teste Suida *ἐξήγησιν εἰς Ἡσίοδον* scripsit. Eodem Suida teste Dionysius Corinthius *ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον* conscripserat. Idem esse videtur, quem una cum Polyzelo scholiastes Dorvillii allegavit ad Op. 10. V. p. 161. *ed. nostr.*

Hieronymi et Epaphroditi *ὑπόμνησιν Ἀσπίδος* ex Etym. M. citavimus ad Scut. 431. (cf. Etym. Gud. v. *Ἀλκαία*).

Porro Plutarchus Chaeronensis quatuor libros commentariorum scripsit in Hesiodum (Aul. Gell. N. A. XX, 8.), quorum multa sunt reliqua in Proculi scholiis ad Hesiodi Opera. In Theogoniam commentarios non videtur scripsisse. Collecta sunt fragmenta in T. XIV. Plutarch. Hutten. p. 292. (Tomo V. Moral. ed. Wyttenb.). Notarat ille ut spurios hos versus Op.: 267—273. 317. 318. 353—355. 375. 378. 561—563. 654—662. 757. 758. 794—797. De ultimis certe ita Proculus: *τοὺς πρὸ τούτων δ' στίχους οὐδὲ μνήμης ὁ Πλούταρχος ἠξίωσεν ὡς ἂν μὴ φερομένους.* Hinc concludere licet composuisse Plutarchum commentarium continuum in Opera. Explicationes eius quae com-

---

[18]) V. F. Osann. in Diar. Antiq. 1841. p. 644.

Accipio τῆσιν, quod tu olim edidisti pro τῆσι, quamquam excidere quaedam potuerunt ante φιλομειδής. Vulgatum προσιδοῦσα praeferendum videtur alteri προϊδοῦσα, cui tribuenda vel haud satis antiqua potestas providendi, quae his verbis non convenit, vel e longinquo prospiciendi, non magis idonea. In προσιδοῦσα intelligo pulcritudinem trium istarum virginum, quam adspiciens Dea eo magis se neglectam esse ab Tyndareo indignabatur.

Sequuntur turpissime corrupta, de quorum tamen emendatione non desperandum, quoniam tenemus Echemum, latentem in εχετον. Totum fragmentum ego sic constituerim:

τῆσιν δὲ φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
ἠγάσθη προσιδοῦσα, κακὴν δέ σφ' ἔμβαλε φήμην.
Τιμάνδρη μὲν ἔπειτ' Ἔχεμον προλιποῦσ' ἐβεβήκει,
ἵκετο δ' εἰς Φυλῆα, φίλον μακάρεσσι θεοῖσι.
Ὡς δὲ Κλυταιμνήστρη προλιποῦσ' Ἀγαμέμνονα δῖον
Αἰγίσθῳ παρέλεκτο καὶ εἵλετο χείρονα κοίτην,
ὧδ' Ἑλένη ἤσχυνε λέχος ξανθοῦ Μενελάου.

In postremis propterea ὧδ' Ἑλένη recipio pro vulg. ὡς δ' Ἑλένη, quod δέ in ὡς δὲ Κλυτ. respondet praegressis Τιμάνδρη μέν. Sententia: sicut autem Clytaemnestra — ita Helena cet.

Ceterum restitutio nominum Timandrae, Echemi et Phylei nititur verbis Eustathii ad Iliad. *B*. 616: Φυλεὺς γάρ, φασίν, μοιχεύσας Τιμάνδραν ἀδελφὴν Ἑλένης ἀπήγαγεν ἐς τὸ Δουλίχιον. Hic autem Phyleus, Hesiodo dictus φίλος μακάρεσσι θεοῖσι, ab Homero l. l. vs. 628. vocatur Διὶ φίλος. Timandram nuptam fuisse Echemo, Arcadum regi, satis notum est ex Pausania VIII, 5, 1: φαίνοιτο δ' ἂν τῷ ὑστέρῳ τῶν λόγων καὶ Τιμάνδρα συνοικήσασα ἡ Τυνδάρεω τῷ ἀποκτείναντι Ὕλλον Ἐχέμῳ. Ex cuius verbis recte, ut spero, colligo locum Hesiodi fuisse fontem istius traditionis, quam quum poeta sic retulisset, ut incertum relinqueret cuiusnam Echemi inter plures eiusdem nominis Timandra uxor fuisset, nunc comparatis duabus traditionibus, receptaque posteriore, Pausanias fuisse conficit Echemum, regem Arcadiae, Hylli interfectorem. Si enim Heraclidae rediissent regnante Oreste (ut prius narraverat I, 41, 2.), non huius Echemi potuisse Timandram coniugem esse, sed iunioris cuiusdam Echemi, cuius tamen uxori vetulae, quippe materterae Orestis, nullum periculum fuisset ab moecho. Haec, nisi fallor, est sententia verborum Pausaniae, quae paulo obscuriora sunt, necdum, quantum memini, explicata.

Unde Eustathius hauserit incertum est in tanta iactura veterum Scholiorum. Legisse eum pleniora quam quae nunc habeamus in Schol. Ven. ad Il. *B.* 628. probabilis est coniectura Heynii ad Apollod. II, 5, 5., nec reticebo videri mihi intercidisse versum post *μακάρεσσι θεοῖσι*, cuius haec fuerit sententia: Ad Dulichium, quo eam Phyleus ex Tegea raptam duxit. Recusabis fortasse supplementum, quo admisso de Timandrae adulterio multo verbosius exponatur quam de Clytaemnestrae et Helenae. Huic dubitationi sic respondeo: vix excogitari posse, unde Eustathius de Timandrae fuga ad Dulichium audire potuerit, nisi ex isto ipso fragmento Hesiodeo: tum, ideo accuratius in hoc de Timandra referri quam de sororibus, quia harum fama percrebuisset, illius novitia esset; cuius fata et dedecus ne postea quidem, quantum scimus, in scena, quae sororum piaculis personuit, audita sunt, nec Pausanias ipse, antiquitatis diligentissimus scrutator, satis accurate noverat, scribens *φαίνοιτο δέ.* Versum denique, quem tu inter fragmenta recepisti ex Schol. Vrat. Pindari XI, 79: *Τιμάνδρην Ἔχεμος θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν*, cum versibus nunc repertis conglutinari posse, mecum dubitabis: quem mihi non persuasisti ad Aegimium pertinere, quo retulisti in priore Editione. Vides, Goettlingi, me non nimis securum esse nec de huius Carminis nec de eius aetate, unde decerpta sunt, quae Scholiastes Euripidis suppeditavit.

Rogasti Scholion, Goettlingi doctissime, non sententiam meam. Dedi utrumque; nec sententiam non rogatus tulissem, nisi haec prius partim conscripta habuissem, alio tempore promenda; sed omne hoc, quidquid est bonarum literarum, commune bonum est. Uteris, ut lubebit. Eadem plenius elaborare et exquisitius ornare Tu poteras, cuius doctrinam magni facere soleo. Quodsi dignas censueris has literas meas, quae edantur, non nocituras meae existimationi, ede, *πάντα χναύματα*, ne postremis quidem his resectis: in quo modestiae tuae damnum ego praestabo. Vale.

Scripsi Lugd. Batavorum
die 13. Nov. 1842.

In quibus literis facile dignam Valckenaeriis Ruhnkeniisque ingenii aciem agnosces; tam egregie Geelius versus 3. et 4. fragmenti restituit. Quam restitutionem mirum quantum confirmat Eustath. ad Il. I. p. 125. 126. et 797, 45. [Fragm. CCXX. n. ed.]: *καὶ Ἡσίοδος· Φυλέα φίλον μακάρεσσι θεοῖσι*, ubi Hermannus

recte *Φυλῆα*. Simul hoc Geelianum fragmentum docere potest, quam lubrica res sit fragmenta poetae velle in ordinem disponere. Nemo enim divinavit vel divinare poterat fragm. CCXX. n. edit. componendum esse cum fragm. CCVI.

Pauca addere liceat. Quod Geelius post *μακάρεσσι θεοῖσι* versum excidisse suspicatur, quo Dulichii mentio facta sit, eam ob causam non probabile videtur, quod Echemum filiumque eius Evandrum una cum Timandra alias etiam commemoraverat Hesiodus, ut ostendit Fragm. CCXLII., quod ego nimis contraxi: sequuntur enim apud Servium haec: Ledae et Tyndarei filias, Clytaemnestram, Helenam et Timandram, quam duxit uxorem Echemus Arcas, cuius filius fuit Evander. Ex eo igitur loco, quem Servius in animo habuit, narrationem de Dulichio suam hausisse putandus est Eustathius. Neque alius Echemi statuendi necessitatem video. Nihil enim Pausanias dicit aliud, quam famam fuisse illam Hylli expeditionem factam esse Orestis tempore; quam ille opinionem sola aetate Echemi, Hylli interfectoris, computata reiiciendam esse arbitratur.

Ceycis nuptias partem fuisse Catalogi vel Eoearum multi fuerunt qui dicerent. Paucissimae conservatae reliquiae sunt, quibus adiiciendum nunc videtur illud, quod Hesiodii carminis fuisse suspicatus erat Muellerus Dor. II. p. 481: *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν*, vel potius: *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν*, ut Hesiodus dixisse videtur, cuius postea invertit sententiam Eupolis. V. Meinekii Fragmenta poetarum com. ant. I. p. 542., qui Schneidewini in Zenobii textu coniecturam (v. Bergkii rell. com. Att. p. 440. et Schneidew. ad Zenob. prov. II, 19.): *οὕτως Ἡσίοδος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ*, pro *οὕτως Ἡράκλειτος* recepit. Certe, si nihil mutandum esse videatur, ille Heraclitus non est Ephesius, sed Comicus, cuius *Ξενίζοντα* commemoravit Athen. X. p. 414. D., nisi substituendus Heraclides est cum Meinekio Histor. crit. Com. Graec. p. 422.

*Ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν* Hesiodo adscriptum esse videtur propter argumentum, quod ab Eoeis non adeo diversum esse videbatur.

Thesei cum Pirithoo ad inferos descensus Harlesio (Fabricii Bibl. Gr. I. p. 592.) ex Aegimio desumptum carmen videbatur. De qua re vehementer dubito. Inductus in errorem esse videtur eo, quod Cercopi poetae, quem Aegimii auctorem fuerunt qui haberent, quaedam *εἰς ᾅδου κατάβασις* tri-

buitur, quae quum Orphici argumenti esset, nihil commune habebat cum argumento Aegimii mythologico. Argumentum indicasse videtur Plutarch. Thes. 35. Cum hoc autem si plura, ut multi credunt, coniuncta fuerunt alia, etiam de Aegle, propter quam deseruisse Ariadnam Theseus dicebatur, de qua re Hereas Megarensis exposuerat (Fragm. CXIII.), non improbabile videtur etiam illos versus, quos ex nescio quo poeta idem Hereas allegaverat (Plut. Thes. 32.):

*τὸν (Ἄλυκον) ἐν εὐρυχόρῳ ποτ' Ἀφίδνῃ*
*Μαρνάμενον Θησεὺς Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο*
*κτεῖνεν*

pro Hesiodiis habendos esse. Hereas ab Etym. M. p. 436. Heras dici videtur.

De Aegimio dixi p. 251. Unum addere liceat propter fragmenta VII. et VIII. In hoc poemate sermonem etiam fuisse de Doriensium republica novisque in ea legibus latis concludi potest ex Pindar. Pyth. I, 125: *αἰεὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμίου*[16]) *Δωρίοις*. Neque Hylli Timandraeque mentio abesse poterat.

Carmen *περὶ Ἰδαίων δακτύλων*, de quo vide Lobeck. Agl. p. 1156., et *Μελαμποδία* (non *Μελαμπῳδία*, ut legitur apud Fabricium Bibl. Gr. I. p. 115.) ad idem mythologicum genus pertinere nunc puto: de Melampodia enim recte exposuisse videtur Marckscheffelius p. 169. Ceterum de eodem Melampode fabulas collegit Eckermannus (Melampus und sein Geschlecht. Goett. 1840.).

Ad didacticum porro genus olim dixi pertinere *ἔπη μαντικά* et *ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν*, quae Pausanias commemorare videtur. Sed de *ἔπεσι μαντικοῖς* recte monuit Marckscheffelius non esse habenda in titulis carminum Hesiodiorum, quum verba Pausaniae nihil videantur significare, quam multos esse in carminibus Hesiodiis versiculos, qui de vaticiniis agant; idem tamen dicendum erat de *ἐξηγήσεσιν ἐπὶ τέρασιν*. Monendum est enim Pausaniam Herodotum et Homerum imitantem *τὲ* particulam (nisi praefers cum novissimis editoribus supposititiam dicere) relativis ita adiungere, ut horum vim intendat; *ὁπόσα τε* sunt igitur quaecunque, neque *τὲ* illud cum *καί* ante *ἐξηγήσεις* componendum

---

16) Mirum est de accentu vocabuli *Αἰγίμιος* nihil apud grammaticos reperiri. Ego duos locos Pindari (Pyth. I, 64. V, 72. Boeckh.) ut antiquissimos omnium secutus in doctrina de accent. Gr. p. 172. dixi *ὀξυτόνως* pronuntiandum nomen esse; sed monendum est in omnium scriptorum serioris aetatis locis proparoxytonon esse.

est. Totus igitur locus Pausaniae sic intelligendus. Post ὅσα ἐπὶ ἔργοις καὶ ἡμέραις nulla amplius titulorum Hesiodiorum commemoratio; pergit Pausanias ad vitam Hesiodi enarrandam; iam igitur quum dixisset secundum auctores quosdam Hesiodum apud Acarnanas didicisse divinationem (quod Acarnania inde ab Alcmaeone habebatur vatum feracissima; v. Valckenar. ad Herodot. I, 62. VII, 221. Clement. Alex. Strom. I. p. 245. Sylb.), postea adiecit posse huic sententiae ex ipsis Hesiodo adscriptis carminibus fidem quandam parari: quaecunque (ὁπόσα τε) enim et nos ipsi legimus plena sunt divinationis et explicant prodigia. His vero verbis praecipue Hesiodi Opera innuisse putandus est: v. 383. 415. 448. 564 — 566. 571. 582. 609 — 619. all. Adde etiam Schol. Aeschyl. Prom. 793. (Fragm. CXCI.): περὶ γρυπῶν Ἡσίοδος πρῶτος ἐτερατεύσατο, et Schaubach. Geschichte der Astronomie p. 36.

Astronomia vel ἀστρολογία vel ἀστρικὴ βίβλος tribuitur Hesiodo a Plinio H.N. XVIII, 25: Occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus (nam huius quoque nomine exstat Astrologia) tradidit fieri, quum aequinoctium auctumni conficeretur, Thales vigesimo die ab aequinoctio, Anaximander vigesimo nono, Euctemon XLVIII. Plut. de Pyth. or. 18: ἐν μέτροις πρότερον Εὐδόξου καὶ Ἡσιόδου καὶ Θαλοῦ γραφόντων, εἴ γε Θαλῆς ἐποίησεν, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, τὴν αὐτῷ ἀναγραφομένην ἀστρολογίαν: unde concludas Plutarchum ἀστρονομίαν pro vere Hesiodio carmine habuisse. Callimachum epigr. XXIX. eiusdem opinionis auctorem nolui addere, quod Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος etiam de Operibus intelligere licet.

Sequuntur Χείρωνος ὑποθῆκαι, de quarum argumento silere satius duco, quam quae nec sciri nec credi possunt proferre. Aristophanis Byzantii sententiam de libelli auctore protuli fragm. CLXXXIII.

Γῆς περίοδος, quae tanquam poema Hesiodi citatur (v. Fragm. p. 294.), nihil aliud esse videtur, quam Hesiodiorum locorum ab Eratosthene [Eudoxo] facta de hac re collectio et eo titulo insignita, qui ab Hecataeo inde celeberrimus erat. V. Klausen. Hecat. p. 13. Cui sententiae obstare dixerunt F. Osannus (Zeitschr. f. Alterth. 1841. p. 645.) et Marckscheffelius p. 197., quod Strabo VII. p. 302. memoriam sententiae cum carminis nomine ex Ephori historiis hausisse videatur. Hoc autem minime concludere licet ex Strabonis verbis, qui versum γλακτο-

φάγων εἰς αἶαν ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων ex Hesiodo allegavisse Ephorum quum sciret, ipse de suo addidit ἐν τῇ καλουμένῃ γῆς περιόδῳ. Nam vere Hesiodi carmen si fuisset Γῆς περίοδος, certe non addidisset ἐν τῇ καλουμένῃ Strabo. Quod Euthydemus apud Athenaeum III. p. 116. A. praeterea Hesiodum inducit περὶ ταριχῶν praecepta dantem, ipsius Euthydemi festivum inventum est.

Omnium fragmentorum indicem secundum titulos invenies p. 307., indicem praecipuorum scriptorum, qui reliquias Hesiodi conservarunt, p. 308., in quem eos scriptores nolui recipere, qui Hesiodi locos quosdam commemoraverunt quidem, sed aut brevioribus verbis aut depravatioribus. Ordinem, quo superiore editione disposueram disiecta Hesiodi membra, in universum etiamnunc secutus sum. Quod mirabuntur fortasse qui iudicii G. Hermanni, quem honoris causa nomino, (Opusc. VI. p. 255.) de sic dispositis carminibus et eorum meminerunt, qui post Hermannum dixerunt similiter; sed duabus praecipue de causis non prorsus eum ordinem mutare volui, quem non prorsus imprudens instituеram: primum enim tam lubricum est negotium fragmenta ordinare, ut assensum ferre vel paucorum difficile sit; deinde, si plane novum ordinem excogitassem, verendum erat, ne iterum etiam in hac re in me excitarem apium et fucorum vel aculeos vel bombos, qui, regis semel iudicio de libro meo interposito, sic in me involarunt, ut tacere satius ducerem quam Ciceronis dictum meo etiam exemplo confirmare: aculeum apis sine clamore ferre non possumus. Quare in universum conservavi pristinum ordinem, paucis tamen exceptis et erroribus correctis, quos Hermannus indicavit plurimos, alios Marckscheffelius. Post me alii etiam in colligendis fragmentis Hesiodi elaboraverunt, C. Lehmannus de Hesiodi carminibus perditis partic. I. Berol. 1828., F. S. Lehrsius (in corpore epicorum Graecorum. Paris. 1840), H. Duentzerus (die Fragmente der epischen Poesie der Griechen bis zur Zeit Alexanders d. Gr. Köln 1840; Nachtrag zu den Fragm. Köln 1841), G. Marckscheffelius (Hesiodi, Eumeli, Cinaethonis, Asii et carminis Naupactii fragmenta. Lips. 1840), quorum omnium hic, quem ultimo dixi loco, fuit diligentissimus et in conquirendis reliquiis et in ordinandis; huius igitur collectionis numerum meis numeris adieci in parenthesi. Totum tamen Marckscheffelii ordinem nolui sequi tam propterea, quod ignavum videbatur ope-

*****

ram eius quasi praedam mihi arrogare, quam eam ob causam, quod multis locis mihi dissentiendum ab eo erat. In universum autem brevitati maxime studui, ne fragmentorum moles carminum ipsorum corpus quasi subrueret.

## VII. De antiquis grammaticis Hesiodi interpretibus.

In carminibus Hesiodiis edendis et explicandis multi numero grammatici antiqui operam posuerunt haud contemnendam, quanquam admodum paucae eorum annotationes nostram tulerunt aetatem. Dixi de industria antiquos grammaticos. Quae enim Pisistrato adscribi videtur editio (v. Fragm. CXIII. Cf. Plut. Thes. 32.) et quae Aristoteli tribuuntur *ἀποϱήματα Ἡσιόδου* apud auctorem anonymum vitae Aristotelis (Menag. Diog. L. p. 202) nimis sunt dubiae auctoritatis, quam ut hic in censum venire possint. De Praxiphanis iudicio de exordio Operum dixi p. 159. Cf. Preller. de Praxiph. et Classen. Gramm. Gr. prim. p. 8. Primus igitur nominandus Zenodotus est, Ephesius sine dubio, cuius annotationes ad Theogoniam 5. 116. conservatae sunt a Scholiastis. In annotatione priore vulgatam lectionem: *ἐν δὲ τοῖς Ζηνοδοτείοις γϱάφει Τεϱμησσοῖο· τὰς δὲ πηγὰς ἔχει ἐν τῇ Θεσπιακῇ χώϱᾳ καὶ ἀπ' αὐτῆς ῥεῖ εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην, κακῶς· ὁ γὰϱ Τεϱμησσὸς ὄϱος ἐστὶ καὶ οὐ ποταμός*, Gaisfordium recte emendasse: *ἐν δὲ τ. Ζ. γϱάφεται Τεϱμησσοῖο*, testatur codex Neapolitanus; pro *τοῖς Ζηνοδοτείοις* legendum est *ταῖς Ζηνοδοτείοις*, sc. *διοϱθώσεσι*. V. Apollon. Dysc. de pron. p. 140. B. Bekk.: *Ἐν ταῖς Ζηνοδοτείοις διοϱθώσεσι δίχα τοῦ ν̄ Ζεὺς δὲ πϱὸς ὃν λέχος ἐγϱάφετο*. Etiam in Homeri recensione suam Boeotiae cognitionem demonstravit, quanquam et hic obtrectatores suos nactus est. V. Strabon. IX. p. 284. *Ζηνόδοτος δὲ γϱάφων· οἳ δὲ πολυστάφυλον Ἄσκϱην ἔχον, οὐκ ἔοικεν ἐντυχεῖν τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἡσιόδου πεϱὶ τῆς πατϱίδος λεχθεῖσι καὶ τοῖς ὑπ' Εὐδόξου πολὺ χεῖϱω λέγοντος πεϱὶ τῆς Ἄσκϱης*, unde sua convasavit Eustathius ad Il. p. 270. ed. R. Zenodotum igitur non legisse Hesiodum, quem edidit? Scilicet ista regio neque nunc prorsus aversa vino est. Quod Zenodotum secutus sum Th. 5., erit fortasse qui vituperet provocans ad Wolfii prolegg. p. CC: „Ac sane plurimae lectiones eius tam sunt improbabiles et a tanta temeritate iudicii profectae, ut ita emendare vel tironem hodie pudeat." Dura sane verba

quorum aculei non admodum mitigantur ea quae post a Wolfio addita est excusatione. Mihi sequendum esse videbatur subactum iudicium Thierschii (Gramm. Gr. §. 158, 14.).

Sequitur Aristophanes Byzantius citatus a Scholiastis ad Theogoniam v. 68: *ἐπεσημήνατο ταῦτ' ὁ Ἀριστοφάνης· νῦν περὶ τῆς ἀνόδου φησὶν αὐτῶν εἰς τὸν Ὄλυμπον. πρότερον γὰρ ἦν λόγος αὐτῷ περὶ τῆς ἐν τόπῳ αὐτῶν χορείας.* Haec videntur e commentario in Theogoniam hausta esse. De Aristophanis sententia de auctore Scuti Herculis v. p. 108. et quae supra diximus. Praeterea dubius locus est in Schol. ad Theog. 126: *Δίδυμος δὲ τὸ ἶσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ἤγουν ὅτι καὶ αὐτὸς ὥςπερ αὐτὴ ἐγεννήθη. Καὶ Ἀριστοφάνης. Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ. ὅτε ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις.* Ex hoc loco, qui ita corrigendus esse videtur secundum codicum vestigia: *Ἀριστοφάνης τὸ ἐναντίον λέγει* (*ἄϊσον*), *ὡς καὶ Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ, ὅτι ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις*, haec sententia elicitur: quemadmodum igitur fortiorem et grandiorem filium Herculem Amphitruo progenuit, ita Terra Coelum.

Post hunc laudandus Aristarchus est. Atque Orio quidem Thebanus v. *Λακίδες· ἐπὶ σχίσματος ἱματίου παρὰ τὸ λακεῖν καὶ ψοφεῖν ἠρέμα ἐν τῷ σχίζεσθαι· οὕτω Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς σημείοις Ἡσιόδου.* Sed hic pro *Ἀρίσταρχος* scribendum esse *Ἀριστόνικος*, de quo post dixerimus, recte monuit Lehrsius de Aristarchi studiis Homericis p. 4. Certiores sunt alii loci. Exordium Operum ut spurium notaverat; porro 210. 211. 378. 740., ubi ita Proculus: *ἄλλοι γράφουσι κακότητα· ἐπεὶ κακότητα οἶδεν ἀντὶ τοῦ ἐκακώθη. Ἀρίσταρχος δὲ ἀθετεῖ τὸν στίχον τοῦτον. ἄλλοι κακότητα ἔπι, οἱονεὶ ἐπὶ κακῷ ἑαυτοῦ.* Theog. 114: *οἱ περὶ Ἀρίσταρχον τὸ ἐξ ἀρχῆς μόνον λέγουσιν*, nempe *δεῖν ἀθετεῖν*; vs. 115. 991., ubi pro *Ἀρχίλοχος δὲ γράφει μύχιον* cum Ruhnkenio praef. ad Hesych. p. VII. legendum est *Ἀρίσταρχος*. Praeterea annotationes quaedam Aristarchi commemorantur ad Op. 97: *ἔνδον ἔμιμνε πίθου*] *ὥς φασιν, ἔμεινεν ἐν τῷ πίθῳ ἡ ἐλπίς· ἔστι γὰρ τοῦτο ἐν ἀνθρώποις. — φησὶν οὖν Ἀρίσταρχος, ὅτι ἡ μὲν τῶν κακῶν ἔμεινεν, ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐξῆλθεν, ὅθεν ἀκυρολογοῦμεν λέγοντες ἐλπίζειν κακά.* Ad Theog. 79: *Ἀρίσταρχος τὸ προφερεστάτη ἀντὶ τοῦ πρεσβυτάτη ἤκουσεν.* Hoc si verum est, videtur inde concludi posse Aristarchum sequentes versus pro non Hesiodiis habuisse, de qua re supra monui; certe si

προφερεστάτη interpretamur πρεσβυτάτη, nescimus, cur γάρ v. 80. adiecerit poeta.

Apollonius Rhodius commemoratur ab auctore argumenti III. Scuti: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' (de hoc numero diximus supra p. LVIII.) φησὶν αὐτοῦ (τοῦ Ἡσιόδου τὴν ἀσπίδα) εἶναι; porro a scholiis ad Oper. 824., ad Theog. 26. γαστέρες οἶον] οἱονεὶ ἀντὶ τοῦ περὶ τὴν γαστέρα μόνην ἀσχολούμενοι καὶ μόνα τὰ τῆς γαστρὸς φρονοῦντες. Ἀπολλώνιος μὲν ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· ἀλλ' οὐ λείπει δέ, ἀλλ' ἔστι· ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον.

Didymus duobus locis laudatur, uno ad Oper. 300: Δίδυμος δὲ κοτούροις, ὅτι κότον ἔχουσιν ἐν τῇ οὐρᾷ; altero ad Theog. 126: Δίδυμος τὸ ἴσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ὅτι καὶ αὐτὸς ὥσπερ καὶ αὐτὴ ἐγεννήθη, ut nescias, an singularem operam in Hesiodi carminibus interpretandis edendisve posuerit. V. Natal. Com. VI, 18.

Seleucus Alexandrinus citatur ad Oper. 96., ubi pro δόμοισι scripsit πίθοισι, Oper. 549., ubi pro πυροφόρος scr. ὀμβροφόρος, Scut. 415., ubi pro χαλκόν χαλκός; Theog. 114. 115. damnantur, 160. ἀχνυμένη, 270. καλλιπάρῃος scripsit.

Sequitur Aristonicus Alexandrinus, qui περὶ τῶν σημείων (notas dicit Cicero in Pison. 30.) τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου scripsit, teste Suida v. Ἀριστόνικος. Cf. Boeckh. Praef. Pind. p. XVI. Semel laudatur in scholiis, quae nostram aetatem tulerunt, Theog. 178: Ἀριστόνικος λοχεοῖό φησιν ὡς θυρεοῖο· λοχεὸς γὰρ λέγει (f. λέγεται), βεβίασται (sc. ἀναβεβίασται) δὲ τὸ λοχέοιο παρὰ τὸ ἔθος (v. p. XXXII h. praef.). Egregia observatio, cuiusmodi si plures haberemus, de dialecto Hesiodi longe exquisitiora sciremus. Si concludere liceret haec σημεῖα, de quibus ad Theogoniam dixerat Aristonicus, Aristarchi fuisse, quod de Aristonici notis Homericis comprobavit Lehrsius de Aristarchi stud. Hom. p. 15., longe etiam pretiosior fuit Aristonici liber.

Hi omnes ad Aristarchi scholam Alexandrinam videntur pertinere. Sed etiam Aristarchi clarissimus adversarius et obtrectator, Crates Mallotes, bibliothecae et Musei Pergameni [17]) praefectus, operam laudabilem videtur posuisse in critica Hesiodia.

---

[17]) De Museo Pergameno etiamnunc dubitat Matterus, essai historique sur l'école d'Alexandrie I. p. 48. Sed v. praeter Wolfium Prolegg. p. CCLXXVI. F. Rankium de Aristoph. vita p. CLXIII. Bernhardy, Grundriſs der griech. Literat. I. p. 362.

V. Schol. ad Oper. 530: *Κράτης δὲ γράφει μαλκιόωντες*; ad Theog. 126: *ἀλλ' ὁ Κράτης ἀπορεῖ λέγων· εἰ γὰρ ἴσον, πῶς δύναται καλύπτειν; λέγει οὖν ἴσον ὅμοιον τῷ σχήματι, σφαιροειδῆ, τῷ μεγέθει δὲ ἀπειροπλάσιον.* Locus gravissimus est Schol. Theog. 142: *Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται· οἱ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες. πῶς γὰρ τοὺς αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκιππίδων καταλόγῳ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ;* Ex quo apparere videtur Cratetem cognitam habuisse aliam Theogoniae recensionem, quam ea est, qua nunc nos utimur. Longe aliter quidem de hoc loco Marckscheffelius iudicat p. 126., qui Cratetem hunc versum (*οἱ δ' ἐξ ἀθ.*) ex Leucippidum catalogo citasse in margine putat, ut diversitas narrationum in Theogonia et in Catalogis appareret. Et recte quidem monuit *παρατίθεσθαι* (et *παρατιθέναι*) significare multis locis „citare, laudare"[18]), sed multum differt dicere *παρατίθεσθαί τινα στίχον* et *παρατίθεσθαι στίχον ἀντὶ ἄλλου στίχου*, ut dicitur hic, quod nullo pacto potest significare id, quod Marckscheffelius voluit; ita scholiastes dixisset potius: *τούτῳ τῷ στίχῳ ἄλλον στίχον παρατίθεται*, ut apud Platon. Leg. V. p. 735. C. *παραθέσθαι τῷ λόγῳ*.

In his grammaticis Pergamenis habendus est etiam Demetrius Ixio Adramyttenus, qui teste Suida *ἐξήγησιν εἰς Ἡσίοδον* scripsit. Eodem Suida teste Dionysius Corinthius *ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον* conscripserat. Idem esse videtur, quem una cum Polyzelo scholiastes Dorvillii allegavit ad Op. 10. V. p. 161. ed. *nostr.*

Hieronymi et Epaphroditi *ὑπόμνησιν Ἀσπίδος* ex Etym. M. citavimus ad Scut. 431. (cf. Etym. Gud. v. *Ἀλκαία*).

Porro Plutarchus Chaeronensis quatuor libros commentariorum scripsit in Hesiodum (Aul. Gell. N. A. XX, 8.), quorum multa sunt reliqua in Proculi scholiis ad Hesiodi Opera. In Theogoniam commentarios non videtur scripsisse. Collecta sunt fragmenta in T. XIV. Plutarch. Hutten. p. 292. (Tomo V. Moral. ed. Wyttenb.). Notarat ille ut spurios hos versus Op.: 267—273. 317. 318. 353—355. 375. 378. 561—563. 654—662. 757. 758. 794—797. De ultimis certe ita Proculus: *τοὺς πρὸ τούτων δ' στίχους οὐδὲ μνήμης ὁ Πλούταρχος ἠξίωσεν ὡς ἂν μὴ φερομένους.* Hinc concludere licet composuisse Plutarchum commentarium continuum in Opera. Explicationes eius quae com-

[18]) V. F. Osann. in Diar. Antiq. 1841. p. 644.

memorentur dignae sunt hae: Op. 504. *Πλούταρχος οὐδένα φησὶν μῆνα Ληναιῶνα Βοιωτοὺς καλεῖν. ὑποπτεύει ἢ τὸν Βουκάτιον αὐτὸν λέγειν, ὅς ἐστιν ἡλίου τὸν αἰγόκερων διιόντος καὶ τὸ Βούδορα τῷ Βουκατίῳ συνᾴδειν διὰ τὸ πλείστους ἐν αὐτῷ διαφθείρεσθαι βόας, ἢ τὸν Ἑρμαῖον, ὅς ἐστι μετὰ τὸν Βουκάτιον καὶ ἐς ταὐτὸν ἐρχόμενος τῷ Γαμηλιῶνι, καθ' ὃν καὶ τὰ Ληναῖα παρ' Ἀθηναίοις. Ἴωνες δὲ τοῦτον οὐδ' ἄλλως, ἀλλὰ Ληναιῶνα καλοῦσι.* Sic facile emendari possunt. Cf. Boeckh. Corp. Inscr. T. I. p. 732. et v. Oper. 504.; ad vers. 748: *θυσίαν ταύτην ὁ Πλούταρχος πρόχειρον καὶ καθημερινὴν εἶπεν ὀρθῶς ἀφ' ὧν μέλλομεν ἐσθίειν ἱερὰ πάντα ποιοῦντες διὰ τὸ ἀπάρξασθαι· καὶ γὰρ αἱ τῶν ἱερῶν τραπεζώσεις τοῦτο εἶχον· ἀπαρξάμενοι γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἐδαίνυντο.* 750: *ὁ δὲ Πλούταρχός φησιν, ὅτι μὴ δεῖ τὰ νεογνὰ ἀκίνητα ἐᾶν καὶ ἀποτίθεσθαι ἐν ἀκινήτοις· ἀσθενέστερα γὰρ γίνεται· κινεῖν δὲ αὐτὰ ὅ τι μάλιστα, κἂν ἐπὶ τινῶν αὐτά τις καθιζάνῃ, ἐπὶ κινουμένων καθιζάνειν καὶ σαλεύειν διὰ τούτων, οἷά τισιν εὐκίνητα κλινίδια μεμηχάνηται πρὸς τὴν τῶν παίδων εὐνήν.*

Proclus Lycius Diadochus, s. Syriani in cathedra philosophorum Atheniensi successor, mortuus Athenis anno Christ. Iuliano 485., anno aetatis septuagesimo quinto (v. Fabricii prolegg. ad Marini vitam Procli p. XXIV. ed. Boissonad. Cf. Cousin. Praef. ad Procli op. p. XX.), scripsit *ὑπόμνημα εἰς τὰ Ἡσιόδου ἔργα καὶ ἡμέρας.* Huius maxima pars conservata est in sylloge scholiorum ad Hesiodum edita ab Th. Gaisfordio. Longe praestant eius annotationes ceteris omnibus commentariis, quorum ad nos pervenit notitia, neque ea reprehensio, in quam indignus incurrit apud Welckerum (de Cyclo p. 3 sq.), opinionem nostram convellere potest, quum F. Rankius (de Hesiodi Operibus et Diebus comment. p. 4.) recte demonstraverit commentationem de gente Hesiodi non esse Proculi, sed Io. Tzetzis, cuius ipsum nomen in titulo legitur in codice Vat. et Ven. Quod mihi quidem olim imposuerat, ut Proculi esse hanc commentationem putarem, non Tzetzis, quem Procli verba in suum usum impudenter convertisse arbitrabar, locus est p. LXXXII. sic scriptus in codicibus: *Ἀριστοτέλης μὲν ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δέ, οἶμαι, ὁ τοὺς πέπλους συντάξας ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ Στησίχορον τὸν μελοποιὸν εἶναί φησιν υἱὸν Ἡσιόδου ἐκ τῆς Κλυμένης κ. τ. ἑ.* Haec verba, de quibus tacet Rankius, multo doctiorem hominem indicare videbantur, quam Tzetzes fuit, atque hoc eo videbatur probabilius esse, quod sunt omissa inde ab *ὁ φιλόσοφος*

usque ad *πολιτείᾳ* in Tzetzis scholiis a Trincavello editis p. 3, 4.; iam si comparaveris cum verbis vere Proclianis in schol. ad Oper. 271., scrupulus alius iniicietur. Scribit enim is: *Φιλόχορος δὲ Στησίχορόν φησι τὸν ἀπὸ Κλυμένης.* Idem vero Proculus ad Op. 631. ita: *ὅθεν καὶ τὸν θεὸν Ὀρχομενίοις προςτάξαι τὰ Ἡσιόδου λείψανα λαβεῖν καὶ θάψαι παρ᾽ αὐτοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ γράφων τὴν Ὀρχομενίων πολιτείαν.* Atque similia Aristotelem de Hesiodo tradidisse in republica Orchomeniorum concludi etiam ex Prov. Vaticanis IV, 3. potest, quae supra allegavimus. Iam vero qui ista verba, *μᾶλλον δέ, οἶμαι, κτλ.*, obiter inspexerit, subactum iudicium docti hominis sibi agnoscere videbitur, qui rempublicam Orchomeniorum non a philosopho scriptam esse arbitratus sit, sed ab alio Aristotele, qui *τὸν Πέπλον* conscripsit. Nihil est autem ab ingenio Tzetzis tam alienum quam haec altioris indaginis crisis. Accedit, quod libri Aristotelis de civitatibus tempore Tzetzis sine dubio iam deperditi erant. Fortasse igitur in Tzetzis exemplari scholiorum Proclianorum scriptum erat: *ὁ φιλόσοφος* pro *ὁ Φιλόχορος*: igitur quum non invenisset locum in Aristotelis scriptis sibi notis, ex coniectura addidit dictum hoc esse aut in Orchomeniorum republica propter scholion Proclianum ad Op. 631., aut, quod verisimilius ei visum fuerit, in ea commentatione, quam Pepli nomine eam ob causam inscripserat Aristoteles, quod mythologiam praecipue explicabat. De Aristotele Pepli auctore praeter Eustath. Il. p. 285, 24. atque eos, quos laudavit Harlesius ad Fabr. Bibl. Gr. III. p. 275., v. Schol. Aristid. T. III. p. 323. Dind., Schol. Ven. Il. XI, 688. et Etym. M. v. *Ἦλις.* Videtur autem perspicuum esse ex hoc Tzetzis additamento non continuo concludi debere Peplorum scriptorem esse alium quam philosophum Aristotelem, quod fecit Meursius Panath. 18. Exempto igitur hoc scrupulo (si modo vere exemptus est) nihil videtur impedire, quominus totam commentationem de gente Hesiodi Io. Tzetzi cum Rankio adscribamus, editam diverso modo in diversis exemplaribus. Ab hoc Proculo diversum esse Proclum, Proculeium etiam dictum, Syrum natione, monuit Fabricius Bibl. Gr. T. IX. p. 363. Harles. Huius commentarium *εἰς τὸν παρ᾽ Ἡσιόδῳ τῆς Πανδώρας μῦθον* commemoravit Suidas.

## VIII. De codicibus Hesiodi.

In hac altera Hesiodi carminum editione in universum secutus sum eas leges, quas in superiore editione mihi ipse praescripseram. Textum ad codices manuscriptos, quos aut ipse contuli aut alii contulerunt, ita constitui, ut antiquissimos quidem praecipue sequerer, sed alios etiam, quanquam recentiores, si ratio suadebat, in locis quibusdam praeferrem. Ineptum enim fuisset in tam antiquis carminibus unum aliquem codicem vel certas quasdam codicum familias quas dicunt tanquam clarissimos septentriones sequi, parvulam vero cynosuram prorsus negligere, in qua re, quanquam ab antiquis in nautis reprehensa, nunc multi sibi egregie placent. Quo vero cursus mihi videbatur dirigendus esse in singulis carminibus, exposui superioribus paragraphis. Coniecturas aliorum admisi raro, meas rarissime. Errores ab aliis indicatos, si qui fuerunt, correxi, imprimisque eos, quos G. Hermannus, grammaticorum equitum doctissimus (licebit enim Horatiano dicto candide uti) notavit Opusc. T. VI. Quem ego virum fortissimum lubentissime sequi ducem soleo, habent enim eius arma hoc cum armis illius herois antiqui commune, ut etiam medeantur, dum sauciant. Nihilominus tamen ipse non mirabitur, si in multis locis contumacem atque adeo refractarium militem me invenerit: caecum enim obtemperare liberali homine indignum.

Codices, quibus usus sum, sunt hi:

V 1., Venetus Cl. IX., Cod. VI. pergam. fol., saeculi XIV., non XV., ut voluit Morellius apud Wolfium Litt. Anal. III. p. 266. Continet Theogoniam, Scutum, Opera cum scholiis. Translatus est in bibliothecam Marcianam ex bibliotheca SS. Iohannis et Pauli. Contuli hunc codicem anno 1840. ad exemplar Hesiodi Gaisfordianum. Maxime memorabilis est propter *γηρύσασθαι*, quod v. 28. pro *μυθήσασθαι* praebet.

V 2., Venetus Bibl. S. Marci Cod. Gr. CCCCLXIV. Arm. XCI. chart. bomb. quart. Continet Scutum, Theogoniam et Opera. Scriptus est manu Demetrii Triclinii annis 1316—1320. In fine enim Operum ipse scripsit haec Triclinius: *ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου τελειωθὲν ἐν μηνὶ αὐγούστῳ εἰκοστῇ* ἡμ/ζϛ/ *ἔτους* ϛωκδ′ Ad finem Theogoniae: *ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς γραφὲν ἐμοῦ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου ἐν*

*μηνὶ νοεμβρίῳ κ' καὶ δεκάτῃ ἰνδ. γε ἔτους ͵ςωκη'.* Ad scholia adscripsit haec: *αἱ ἐκλογαὶ αὗται αἱ ἅπασαι ἐξηγήσεως τοῦ Τζέτζου τε καὶ Πρόκλου παρ' ἐμοῦ εἰσὶν ἐκλεγεῖσαι Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου.* Hunc codicem contuli anno 1828. ad exemplar L. Dindorfii.

Vat. 1. Vaticanus N. 1409., octonis, saeculi XIV., ut videtur, continet Theogoniam. Contuli anno 1828. ad exemplar Dindorf. Cum hoc ne confundas Vat. in Operibus: huius enim lectiones recepi e Lanzii editione, qui notavit: Vat. 12.

Vat. 2., Vaticanus N. 38. octonis, bomb. saeculi XIV., quo continentur praeter Hesiodi Opera et Dies *Πρόκλου Διαδόχου σχόλια εἰς τὰ ἔργα καὶ ἡμέρας τοῦ ἡσιόδου, Πυθαγόρου χρύσεα ἔπη, γένος καὶ βίος ὀππιανοῦ, τῶν ὀππιανοῦ ἁλιευτικῶν βιβλίων ὑποθέσεις — ὀππιανοῦ ἁλιευτικὰ μετὰ σχολίων, Θεοκρ., Ἀριστοφάνους πλοῦτος καὶ νεφέλαι, Θεοκρίτου φαρμ., αἰσχίνης ἢ θυώνυχος, χάριτες ἢ ἱέρων.* Contulerat hunc ad editionem Weigelianam (secuta haec est Brunckium) et ad edit. Boissonadii in iis versibus, quos Brunckius eliminarat, Aemilius Braunius, amicus meus.

Taur., Taurinensis B. III, 16. Continet Theogoniam, saec. XV. Contuli ad exempl. L. Dindorfii anno 1828.

M1., Mediceus in bibl. Laurentiana Plut. XXXI. Cod. 20. chartaceus. Continet Theogoniam et Scutum.

M2., Mediceus in bibl. Laur. Plut. XXXI., Cod. 32. membr., saeculi XIV. Continet Theogoniam usque ad v. 577. et Scutum.

M3., Mediceus in bibl. Laur. Plut. XXXII, 16., saeculi XII. Francisci Philelphi olim erat, emptus Constantinopoli anno MCCCCXXIII. Continet praeter Hesiodi Theogoniam et Scutum Nonni Dionysiaca, Theocritum, Apollonium Rhodium. Hos tres anno 1840. contuli ad exemplar Gaisfordianum. Recepi autem octo codicum, quos descripsi, lectiones integras.

Praeterea trium codicum Vaticanorum varias lectiones ex Theogonia usque ad vs. 403. ad exemplar Weigelianum enotatas mecum communicavit Aemilius Braunius, quas hoc loco adscribam.

f., Cod. Vat. 1948. chart. saec. XV. In fronte legitur: *Φουλβίου τοῦ οὐρσίνου δῶρον νικολάου τοῦ μαιοράνου.*

O., Cod. Vat. 915.

V., Cod. Vat. 1332., bomb. saec. XIV. ex libris Fulvii Ursini. Continet Theogoniam et Opera et Dies.

V. 5. *Τερμησσοῖο* f. O. V. 6. *ὀλμειοῦ* f. 7. *ἐν Ἑλικῶνι* f. 8. *ἠμερόεντας* O. 11. *αἰγίοχόν τε* f. O. 15. *Ποσειδάονα* f. O. 18. om. f. O. V. 19. *ἠδὲ* f. *ἀγκυλομήτιν* f. 20. *ἠῶ τ' ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράντε τε σελήνην Γαῖάν τε ὠκέανόν τε μέγαν· καὶ νύκτα μέλαιναν* f. O. V. 22. *νή* f. 24. *τὸν δέ με* f. *ἔειπον* f. V. 28. *ἂν ἐθέλωμεν* V. 29. *μοῦσαι* f. *Διὸς μεγάλου* V. 30. *ἔδων* f. *ἕλον* V. 31. *δρέψασθαι* f. O. *θειητὸν* f. 31. *ἵνα* O. V. 33. *κέλλονθ'* V. 40. *στόματος* V. *γελᾶτε* f. 42. *βάρη* f. 43. *δώματ'* f. V. 45. *τε*

ω

*καὶ* f. *ἔτικτε* f. *ἔτικτεν* O. V. 46. *γένοντο* f. *δοτῆρες* sic. V. 48. *λήγουσι* f. 49. *φέρτερός τε* f. *φέρτερος* O. *κάρτεϊ* O. 50. *αὖ-*

τ

*τις* f. O. *αὖθις* sic. V. *καρτερῶν* O. 58. *ἔην ἐνιαυτός* f. O.

κεδνὰ

61. *μέλεται* f. 64. *χάριτες καὶ* f. 66. *καλὰ* sic. O. 66. 67. ad marg. add. rec. m. f. 70. *ἐροτός* f. 73. *κράτεϊ δ' ἕκαστα* f. *ἕκα-*

α ων

*στον* sic. V. 74. *ἀθανάτοιο* sic. V. 79. *ἀπασάων* O. 82. *ἐπί-*

έέρσην

*δωσι* V. 83. *ἀοιδήν* f. *ἀοιδήν* sic. O. 87. *ἐπιστάμενον* f. *κατέπαυσεν* O. 89. *τελεῦσιν* f. 93. 94. *ἱερὴ δόσις ἀνθρώποισιν. ἐκ γὰρ Μουσάων* om. f. 94. *γάρ τοι* O. 97. *φιλῶνται* O. V. *δέ οἱ* V. 99. *ἀτὰρ* V. 101. *ὑμνήσει* f. O. V. 102. *δυσφονέων* f. *δυσφρονάων* O. *δυσφροσυνέων* V. 107. *τε δνοφερῆς* f. O. *Νυκτὸς δνοφερῆς* V. 111. *δοτῆ-*

ο

*ρες* O. *δωτῆρες* sic. V. 115. *εἴποθ'* V. 116. *γένετο* V. 117. *Γαῖα* f.

ο

*Γαῖα δὲ* V. 120. *Ἔρως* sic. V. 122. *δάμνατε* O. 123. *ἐγένετο* V. 125. *κισσαμένη* f. 127. *καλύπτη* O. 128. *θεοῖσιν* f. 130. *Νυμφάων* f. O. 131. *ἠδὲ* V. *κ' ἀτρύγετον* f. *ἐν οἴδματι* O. *θύων* f. O. 133. *δ' εὐνηθεῖσα* V. 134. *Ἰαπετόν τε* f. 137. *ἀγκυλομήτις* f. 140. *τ' ἀστερόπην* V. *Ἄρπην* f. *ὀμβριμόθυμον* V. 141. *ἔδωκαν* V. 142. *δ' ἤτοι* O. 143. *μέσῳ* O. *ἐνέκειτο* f. O. 144. *οὔνομ' ἄησαν* f. 145. *κυκλοτερεῖς* O. 146. *ἰδὲ* O. 148. *ὄμβριμοι* f. O. V. 149. *Βριαρώς τε* f. 151. *δ' ἑκάστῳ* f. O. V. 157. *ἀνίησκε* f. O. V. 158. *ἐπιτέρπετο* O. 159. *ἡ δ'* om. f. *στεναχίζετο* O. 162. *τεῦξαι* f. 164. *κε* V. 165. *πείθεσθε* V. *δὲ* V. 167. *δὲ ἄρα* f. *ἕλε* f. O. V. 168. *μέγα* O. 169. *αὖθις* f. *προσηύδατο* f. 170. *γεν* O. *γ'* om. V. *τελέσοιμι* f. 171. *πατέρος* f. O. 173. *γήθησε* f. O. V. 175. *ἄρπην* f. *καρκαρόδοντα* f. 176. *Γαίην* f. 177. *ἐπανίσθη* sic. f. 178. *λοχοῖο* V. *λοχιοῖο* f. *ἐδέξατο* f. *ὀρέξατο* O. 179. *ἔλαβεν* f. O. V. *ἄρπην* f. 180. *καρκαρόδοντα* f. 181. *ἐσσύμενος* f. *ἔριψε* V. 184. *δ'* om. V. 185. *γείνατο* V. *Ἐριννῦς κρατερὰς* f. *δ' Ἐριννῦς* V. 187. *τ'* f. *δ'* O. 188. *δ'* f. O. *τὰ πρῶτα* f. 189. *κάμβαλ'* f. O.

ἠπείρου V. 190. πολὺν f. O. V. 193. ἔπλετο f. O. 195. ὑπαὶ f. δ' om. f. 198. αὐτὰρ V. 199. Κυπρογένεια V. ὅττε f. γέντο om. f. πόντῳ V. 200. φιλομηδέα f. O. ὅτ' αὖ f. 201. Ἔρως V. 202. τ' om. f. 204. ἀνθρώποισι f. 205. τ' om. f. μειδήματ' ἐξαπάτας τε V. 206. φιλότητα μειλιχίην τε f. 207. τὸν O. ἐπίκλησιν καλέεσκε Τιτῆνας f. καλέεσκε f. V. 208. νεικέων O. V. post 210. ἐκ παιδός περ ἑοῦ. ὧς γὰρ πεπρωμένον ἐστὶ O. 211. καὶ Μόρον V. Μόρον Κῆρα V. 212. ἔτικτε δὲ om. O. φῖλον sic O. 214. ἀλγεινόεσσαν O. V. 216. καρπῶν f. 217. γείνατο V. νηλεοποίνας V. 218. βροτοῖσιν f. 220. θεῶν τε om. O. παραβασίας O. 222. πρὶν ἀπὸ f. τῷ om. V. 225. κρατέροθ. V. 226. ἀλγεινόεντα O. 227. Λήθην Λοιμόν f. 228. Μάχας Φόνους τε V. v. 228. ante 227. f. 229. ψεύδεα O. V. Λόγους Ἀμφι om. V. Ἀντιλογίας f. 230. ἀλλοίλοισιν f. ἀλλήλησιν O. V. 235. ἐστι καὶ V. θεμιστίων f. 238. σμιγόμενος V. 239. ἀδάμαντας V. 240. μεγήριτα f. 243. πρωτώ τ' f. V. 245. Κυμοθόη τε f. ἠρόεσσα f. 247. ante 246. V. 249. Νησαίη καὶ V. Πρωτομήδεια V. 254. ῥεῖα τε πραΰνει V. 255. τ' εὐστ. V. 256. Φιλομμειδής τε f. Φιλομειδής τε V. 257. τε om. 259. φυή τ' f. 260. Μενείππη f. 261. Θεμιστή f. 268. ἔσσονται f. 270. καλλιπαρῄας V. 272. τ' ἐρχόμενοι ἀνθ. V. 273. Ἐννυώ V. 277. ἄγηρως f. V. 279. εἰαρινοῖσιν V. 280. ἀπεδηροτόμησεν f. 281. χρυσάορ V. 282. παρὰ V. 283. ἔχων f. V. φρεσσὶ f. V. 287. χρυσάορ V. τρικέφαλον f. V. 288. Καλιῤῥόη f. κούρῃ om. f. V. κλειτοῦ f. V. 289—292. om. f. 290. ἐν V. 291. περὶ V. 293. Ὄρθρην V. 294. ἠρόεντι f. 295. ἐοικώς f. 297. καρτερόφρων f. 301. 302. transp. post v. 305. f. V. 301. λυγρὰ V. 302. ἀγήνορος V. 306. φησι V. 307. ὑβριστὴν ἄνομον f. ἄνομον (ε supra) sic. V. 309. Ὄρθον f. V. 312. πεντηκοντακέφαλον f. V. ἀναδέα κρατερόν f. V. 314. Λερνέην f. Ἥρα f. 323. ὄπισθε δράκων f. V. 326. ἡδ σφιγγ' sic. f. σφίγκ' V. 327. Ὄρθῳ V. 328. κυδνὴ f. 329. πῆμα f. 330. ἐλεφέρετο f. ἐλεφήρετο V. 331. Ἀπέσσαντος f. V. 334. ἐρεννῆς f. 336. τοῦτο (ω supra) sic. V. Κητοῦς ἅτε V. τε καὶ ἐκ f. Φόρμυνος V. 339. post 341. f. 340. om. f. 342. Γρηνιεῖον f. Ἄσωπον f. 343. ἐΰρείτην V. 346. ἱερῶν f. 347. σὺν Ἀπόλλωνι ἄνακτι V. 348. πέρι f. ἔχουσιν V. 351. Κλυμένη Ῥοδία V. 352. Κλυτίη τ' εἰδυῖα f. Πεισιθόη f. Πεισιθόη V. 353. Γαλαξώρη f. 354. Θόη καὶ f. εὐειδής τε f. 355. Κερκηΰς f. τη βοῶπις f. 358. τ' om. V. 359. Κρησηίς f. V. 361. ἀπασέων f. 370. ὅσοι περιν. f. ἆρ περιναιετάουσι V. 373. ἔχουσιν f. 374. ὑπο-

δμηθεῖσα f. V. 375. τέκεν ἐν V. 377. μετέπρεπε V. 379. λαιψηροκέλευθον f. 380. θεὰ θεῷ f. V. 383. δ' ἔτεκεν f. δ' ἔτεκ V. θυγάτηρ om. V. [θυγάτηρ glossa V.] 381. πολύσφυρον f. 387. ὅποι f. 391. ἐκάλεσε f. 395. ἔφατ' f. ἔφθ' V. 396. ἐπιβησαίμεν f. ἐστιν f. 398. σφῖσι V. 399. δέδωκεν f. V. 400. ὅρκον f. 403. ἐξετέλεσ' f.

G. Hic codex, qui Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας continet, octon. maior., membr., asservatur in bibliotheca Vadiana San-Gallensium n. F. 14. Varietatem lectionis benigne mecum communicavit Hermannus Fischerus, gymnasii Hilperhusani professor meritissimus.

MS. incert. est varietas lectionis codicis nescio cuius, enotata ab antiqua manu in margine exemplaris editionis Hesiodi Aldinae in bibliotheca universitatis Ienensis asservati.

Ceterorum codicum lectiones, si opus videbatur, partim ex apparatu Gaisfordii, partim ex editione Operum a Lanzio facta recepi pro ratione editionis.

Par. in Theogonia et Scuto est Parisiensis 2708. Qui si in Scuto eandem habet cum P2. lectionem, notatur P1. In Operibus est Paris. 2771.

P2. Parisiensis 2763. ap. editor. Gaisfordiani Hesiodi Lips. T. I. p. 170.

Bar. Codd. Barocc. in Theog. 109., in Oper. et Dieb. 46. 60. 109. apud Robins.

R. seu RS. Codex Regiae Societatis apud Robins.

Med. est collatio codicis Medicei inter libros Dorvillianos servata apud Gaisfordium.

Med. 5. in Operibus est codex saeculi XI., Mediceus apud Lanzium.

Em. „Codex recentissimus et mendosissimus, licet optimarum lectionum vestigia subinde exhibeat, in bibliotheca coll. Emmanuel. Cantabrigiae servatus." GAISF.

Harl. codex Harleianus apud Robinsonum.

Vit. Est Vitebergensis, collatus ab Hermanno. In Scuto lectiones aliquot publici sunt factae iuris ab eodem Hermanno in censura Scuti ab Heinrichio editi.

Pal. MS. Palat. apud Commelinum.

Rehd. Cod. Rehdigerianus apud Heinrich. et Marckscheffel.

Gal. „Codex Galeanus in coll. SS. Trinitatis Cantabrigiae servatus." GAISF.

Amb. Est Ambrosianus apud Lanzium.

**Flor.** | Sunt Florentini et Neapolitani nescio qui a Lennepio collati apud Boissonadum.
**Neap.** |

Editionum vero notae sunt hae:

A. Est Aldina. Venet. 1495. fol. Usus sum exemplari in fine mutilo. Haec est Theogoniae et Scuti prima editio. Non satis accurate Schoellius Litt. Gr. T. I. p. 134. ed. Germ. editionem Mediolanensem anni 1493. dicit omnium Hesiodi carminum esse. V. Renouard: Annales de l'imprimerie des Alde. T. I. p. 11. edit. II.

It. 1. 2. sunt Iuntinae ann. 1515 et 1540. Haec altera fere expressa videtur ad exemplar Aldinum.

Tr. Hesiodus cum scholiis. Venetiis in aedibus Bartholomaei Zanetti Casterzagensis aere vero et diligentia Io. Francisci Trincaveli. MDXXXVII. 4.; cf. Wolf Anal. litt. III. p. 263.

St. Poetae Graeci principes heroici editi ab Henrico Stephano 1566. fol. Steph. m. sunt variae e codicibus lectiones ab Henrico Stephano in margine enotatae. De his lectionibus Muetzellius p 30: „Castigandus hoc loco est egregius Goettlingii error tradentis varias e codicibus lectiones ab H. Stephano in margine fuisse enotatas." (Sed τραγικωτέρως etiam p. 71: „Temerarius enim est Goettlingii error lectionem alicuius codicis a Stephano prolatam hic esse iudicantis.") Tam tragico fastu perstringendus erat Gaisfordius protagonista, cum quo ego erravi deuteragonista, si modo erravi. Nam quis facile putabit H. Stephanum, doctissimum virum, ad Theog. 1013. suum γρ. Ἀμύμονά τε κρατερόν τε petiisse ex Latina interpretatione? Et si hoc statueris, quod nemo facile statuet, qui Stephanum noverit, unde idem Stephanus ad Scut. 358. suum γρ. νῴγε? Putabimusne virum diligentissimum sic pro arbitrio correxisse ex Tr. νώγε? Utor autem hoc exemplo imprimis eam ob causam, ut errorem typographicum p. 147. commissum corrigam; scribendum est enim: νῶϊ] νῴγε St. marg., νώγε V 2.

Gr. Editio Ioannis Clerici, cum lectionibus Hesiodeis Ioh. G. Graevii. Amstelod. 1701.

Loesn. Hesiodus ex recensione I. Robinsoni curante Loesnero. Lips. 1778. 8.

Gaisf. Poetae minores Graeci, praecipua lectionis varietate et indicibus locupletissimis instruxit Thomas Gaisford. Oxon. 1814 — 1820. Vol. I. IV. (Lips. T. I — III. 1823.) 8.

Boiss. Poetarum Graecorum sylloge cur. Io. Frideric. Boissonade T. XI. Paris. 1824. 12.

Wolf. et F. A. W. est Wolfii Theogoniae editio, Halae 1783. 8.

Heinr. Hesiodi Scutum Herculis cum grammaticorum scholiis Graecis emendavit C. F. Heinrich. Vratislav. 1802. 8.

Lanz. Hesiodi Opera et Dies. Opera con 50 codici riscontrata (da Luigi Lanzi). Firenze 1808. 4.

Spohn. Hesiodi Opera et Dies. Recensuit F. A. G. Spohn. Lips. 1819. 8.

Dind. Hesiodus cum brevi annotatione critica, edidit Lud. Dindorfius. Lips. 1825. 8.

Or. Hesiodi Theogonia — recognita ab I. C. Orellio. Tur. 1836. 4.

Bentleianarum coniecturarum[19]), quae subinde commemorantur, Fr. Iacobsio debetur notitia. Tam huic igitur viro doctissimo, cuius favorem inde ab adolescentia expertus grato semper colam animo, quam Rostio, amico meo, pro cura, quam libro meo impenderunt edendo, grates ago. H. Weissenbornio, viro doctissimo, qui bonas literas apud nos magna cum laude docet, debetur Index verborum, cuius fundus est Index Gaisfordianus, A. vero Straubelio, doctissimo viro, non tantum typographicus nitor, sed etiam animadversiones quaedam criticae, quas benevole mecum communicavit.

Dab. Ienae d. XXVII. Mart. MDCCCXXXXIII.

---

19) Adscriptae sunt margini exemplaris Poetarum heroicorum Stephani, et inde translatae manu Heynii in exempl. edit. Amstelod. 1701. F. I.

# ΓΕΝΟΣ ΗΣΙΟΔΟΥ.

Ἡσίοδος σὺν τῷ ἀδελφῷ Πέρσῃ παῖς ἐγεγόνει Δίου καὶ Πυκιμήδης, Κυμαίων Αἰολέων, πενήτων ἀνθρώπων, οἳ διὰ τὸ ἄπορον καὶ τὰ χρέα τὴν ἑαυτῶν πατρίδα Κύμην ἀφέντες μεταναστεύουσιν ἐπὶ τὴν Ἄσκρην, χωρίον τῶν Βοιωτῶν δυσχείμερον καὶ κακοθέρειον, περὶ τοὺς πόδας κειμένην τοῦ Ἑλικῶνος, κἀκεῖ κατοικοῦσι. τοιαύτῃ δὲ πενίᾳ τῶν ἀνθρώπων συνεσχημένων, συνέβη τὸν Ἡσίοδον τοῦτον πρόβατα ἐν τῷ Ἑλικῶνι ποιμαίνειν. φασὶ δὲ ὡς ἐννέα τινὲς ἐλθοῦσαι γυναῖκες καὶ δρεψάμεναι κλῶνας ἐκ δάφνης Ἑλικωνίτιδος αὐτὸν ἐπεσίτισαν, καὶ οὕτω σοφίας καὶ ποιητικῆς ἐμπεφόρητο. ἀλλὰ τὰ μέχρι μὲν τούτων ἀτρεκῆ τε καὶ ἀληθέστατα ὅτι παῖς ὁ Ἡσίοδος Δίου καὶ Πυκιμήδης, καὶ ὡς κατὰ τὸν Ἑλικῶνα ἐποίμανε· τὰ δ' ἐντεῦθεν μεμυθηγόρηται καὶ ἀλληγορικώτερον λέλεκται. ἢ γὰρ ἐν τῷ ποιμαίνειν περὶ τὸν Ἑλικῶνα ἐνόμευε καὶ καθευδήσας ὁ Ἡσίοδος ὄναρ εἶδεν

---

V. 5. περὶ] Sic Vat. Vulgo παρά.
V. 9. Vat. Neap. 54. Μοῦσαι γυναῖκες.
V. 10. ἐκ abest a Neap.
V. 12. ἀτρεκῆ τε] Sic Vat. Vulgo νητρεκῆ sine τε. Paulo post ὁ Ἡσίοδος scripsi cum eodem. Articulus vulgo abest.

ἐννέα γυναῖκας δάφνας αὐτῷ ψωμιζούσας. ἐδήλου δὲ τὸ ὄναρ πάντως ὡς πικρίας καὶ πόνων μετεσχηκὼς τῆς παιδεύσεως ἀειθαλῆ γεννήσει ποιήματα· ταῦτα τοίνυν ὁ Ἡσίοδος ἢ ὄψει ὀνείρων τεθεαμένος καὶ διυπνισθεὶς καὶ τὸ ποιμαίνειν ἀφεὶς καὶ πόνοις ἑαυτὸν ἐνδοὺς καὶ μαθήμασι τὴν τῶν ὀνείρων ἐπίλυσιν ἐξεπέρανεν, ἢ περὶ τὸν Ἑλικῶνα ποιμαίνων ἐγρηγορὼς καὶ ἄϋπνος ὢν σύννους τε πρὸς ἑαυτὸν γεγονὼς καὶ πρέποντα νοῦν ἐσχηκὼς ἀποδιδράσκει μὲν τὸ εὐτελὲς καὶ ποιμενικὸν καὶ σκληρόβιον καὶ προςδραμὼν τῇ παιδεύσει καὶ πόνοις ἐγκαρτερήσας μεγάλην καρποῦται τὴν εὔκλειαν, καὶ βίβλους τοσαύτας ἐξεπονήσατο, ἃς ἐγὼ Μουσῶν τε καὶ γνώσεως ἐπίσταμαι ψώμισμα καὶ δάφνας λάλους Ἑλικωνίτιδας, ἑλισσομένας ἁπανταχοῦ καὶ θαλλούσας καὶ κηρυττούσας τὸν πρὶν μὲν οἰκτρόβιον καὶ ἀφανῆ νομέα ποιμνίων, νῦν δὲ ἡμίθεον χρηματίσαντα δι' ἀρετῆς καὶ παιδεύσεως. ὥςπερ καὶ ὁ Σωφρονίσκου Σωκράτης ὁ λιθοξόος, καὶ ὁ ἰχθυοπώλης Δημάδης, καὶ ὁ τῆς τυμπανιστρίας Αἰσχίνης, Σίμων τε ὁ σκυτεύς, καὶ ὁ λαχανεὺς Εὐριπίδης, ἔτι τε ὁ Σκύθης Ἀνάχαρσις, καὶ ἄμφω τὼ δούλω Αἴσωπος καὶ Ἐπίκτητος, καὶ ὁ Σύρος ῥήτωρ ὁ Λουκιανὸς ὁ λιθοξόος τε καὶ ἡμίδουλος, καὶ οἱ λοιποί, (ὥςπερ καὶ παρ' ἡμῖν ὁ χρυσογνώμων ἐκεῖνος Σωτήριχος καὶ ὁ νῦν περιὼν τῆς Νικομήδους οἰνοπράτης ἀρχιερεύς, ὃς οὐδὲ νῦν ἐθέλει τοῦ πιθεῶνος ἐξίστασθαι, ἀλλ' ἔτι τὸν οἶνον μιγνύει καὶ μεταβάλλει τοὺς ἀμφορεῖς). συνηκμακέναι δ' αὐτὸν οἱ μὲν Ὁμήρῳ φασίν, οἱ δὲ καὶ Ὁμήρου προγενέστερον εἶναι διισχυρίζονται. καὶ οἱ μὲν προγενέστερον εἶναι Ὁμήρου διισχυριζόμενοι ἐν ἀρχαῖς εἶναί φασι τῆς Ἀρχίππου ἀρχῆς, Ὅμηρον δὲ ἐν τῷ τέλει· ὁ δ' Ἄρχιππος οὗτος υἱὸς ἦν Ἀκάστου, ἄρξας Ἀθηναίων ἔτη λε'· οἱ δὲ συγχρόνους αὐτοὺς εἶναι λέγοντες ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ Ἀμφιδάμαντος τοῦ βασιλέως Εὐβοίας φασὶν αὐτοὺς ἀγωνίσασθαι, καὶ νενικηκέναι Ἡσίοδον ἀγωνοθετοῦντος

---

V. 1. αὐτῷ] Sic Vat. Vulgo αὐτόν.
V. 13. Ἑλικωνίτιδας] Sic Vat. Vulgo Ἑλικωνίτιδος.
V. 24. Quem hic intellexerit nescio; οἰνοπράτη videtur taberna esse, nisi leg. Νικομηδείας, ut οἰνοπράτης sit nominativus.
V. 34. νενικηκέναι] Sic Vat. Vulgo νενικηκότα.

καὶ κρίνοντος Πανείδου τοῦ βασιλέως τοῦ ἀδελφοῦ Ἀμφιδάμαντος καὶ τῶν υἱῶν Ἀμφιδάμαντος Γανύκτορός τε καὶ τῶν λοιπῶν. ἐξηρωτηκέναι γὰρ αὐτοὺς πολλὰ πρὸς ἀλλήλους φασὶ δι' ἐπῶν αὐτοσχεδίων καὶ ἀποκρίνασθαι, καὶ πᾶσι τὸν Ὅμηρον τὰ πρωτεῖα λαμβάνειν· τέλος τοῦ βασιλέως Πανείδου εἰπόντος αὐτοῖς τὰ κάλλιστα τῶν ἑαυτῶν ἐπῶν ἀναλεξαμένους εἰπεῖν, Ὅμηρος μὲν ἄρχεται λέγειν τοῦτο τὸ χωρίον ἀπὸ πολλῶν ἐπῶν ἀρξάμενος ὄπισθεν·

ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ,
ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι
νευόντων· ὣς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισι,

καὶ περαιτέρω τούτων. Ἡσίοδος δὲ τῶν

Πληϊάδων Ἀτλαγγενέων ἐπιτελλομενάων

ἀπάρχεται καὶ ὁμοίως Ὁμήρῳ προβαίνει μέχρι πολλοῦ τῶν ἐπῶν. καὶ πάλιν ἐπὶ τούτοις οἱ παρεστῶτες πάντες τῶν ἐλλογίμων καὶ στρατιωτῶν τὸν Ὅμηρον ἐστεφάνουν, ὁ δὲ Πανείδης ἔκρινε νικᾶν Ἡσίοδον ὡς εἰρήνην καὶ γεωργίαν διδάσκοντα καὶ οὐ καθάπερ Ὅμηρος πολέμους καὶ σφάγια. ἀλλὰ ταῦτα μέν εἰσι ληρήματα τῶν νεωτέρων καὶ πλάσεις τῶν πρὸς ἀλλήλους ἐρωτημάτων καὶ τῶν ἐξ Ὁμήρου παρεκβεβλημένων ἐπῶν καὶ ὑπ' ἐκείνου δῆθεν ῥηθέντων. Ὅμηρος γὰρ ὁ χρυσοῦς, ὡς ἐγῷμαι, μᾶλλον δὲ ἀκριβεστάτως ἐπίσταμαι, πολύ τε παλαιότερος Ἡσιόδου ὑπῆρχε, καὶ εἰ πρὸς τοὺς θρυλλουμένους ἐκείνους θεοὺς ἔριν ἐστήσατο λόγων, καὶ κατὰ τούτων ἂν τὰ πρωτεῖα καὶ τοὺς στεφάνους ἠνέγκατο. ἀλλ' ἴσως ὁ ἕτερος Ὅμηρος ἦν ὁ τῷ Ἡσιόδῳ ἰσόχρονος ὁ τοῦ Εὔφρονος παῖς ὁ Φωκεὺς ὁ καὶ τούτῳ τὴν ἔριν στησάμενος, κἂν τὰ ἔπη τοῦ θείου ἐκείνου ἀνδρὸς τῇ ὁμωνυμίᾳ πεπλανημένοι λέγειν τοῦτο ἐπλάσαντο. Ὅμηροι γὰρ πολ-

---

V. 1. Πανείδου] Al. Πανίδου. V. Cert. p. 315.
V. 15 seq. πολλοῦ τῶν] Sic V. Vulgo πολλῶν ἐπῶν.
V. 22. παρεκβεβλημένων] Sic V. Vulgo παραβεβλ.
V. 27 seq. ὁ ἕτερος] Sic Vat. Vulgo abest articulus.
V. 29. V. Suidas v. Τέρπανδρος.
V. 30. ἔπη] Adieci e Vat.

******

*λοὶ γεγόνασιν ἕτεροι ζήλῳ τοῦ παλαιοῦ τὴν κλῆσιν λαμβάνοντες· καὶ γὰρ καὶ τοῦ Φωκέως Ὁμήρου τούτου ἕτερος ὑπάρχει νεώτερος Ὅμηρος. οὗτος ὁ νεώτερος Ὅμηρος ἦν παῖς Ἀνδρομάχου τῷ γένει Βυζάντιος ὁ τὴν Εὐρυπύλειαν ποιήσας. τὸν παλαιὸν δὲ Ὅμηρον Διονύσιος ὁ κυκλογράφος φησὶν ἐπ' ἀμφοτέρων ὑπάρχειν τῶν Θηβαϊκῶν στρατειῶν καὶ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. ἐκ τούτου οὖν λογίζομαι τοῦτον τοῦ Ἡσιόδου εἶναι τετρακοσίων ἐτῶν προγενέστερον. Ἀριστοτέλης γὰρ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ οἶμαι ὁ τοὺς πέπλους συντάξας, ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ Στησίχορον τὸν μελοποιὸν εἶναί φησιν υἱὸν Ἡσιόδου ἐκ τῆς Κλυμένης αὐτῷ γεννηθέντα τῆς Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος ἀδελφῆς, θυγατρὸς δὲ Φηγέως. ὁ δὲ Στησίχορος οὗτος σύγχρονος ἦν Πυθαγόρᾳ τῷ φιλοσόφῳ καὶ τῷ Ἀκραγαντίνῳ Φαλάριδι. Ἀστυπαλαιεὺς δ' ἦν τῷ γένει ὁ Φάλαρις, ὡς αὐτός φησιν ἐπιστολαῖς ταῖς αὐτοῦ, τύραννος δὲ Ἀκραγαντίνων. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀκριβολογησάμενος Ἀκραγαντῖνον ἐκάλεσα τῇ κοινῇ συνηθείᾳ χρώμενος· ἡ δὲ Ἀστυπάλη πόλις τῆς Σάμου ἐστίν. οἱ δὲ Ὁμήρου τετρακοσίοις ὑστερίζοντα ἔτεσι, καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος. συνεγράψατο δὲ ὁ τοιοῦτος Ἡσίοδος βίβλους ἑκκαίδεκα, Ὅμηρος δὲ ὁ παλαιὸς ιγ'. τελευτᾷ δὲ ὁ Ἡσίοδος ἐν Λοκρίδι τοιουτοτρόπως. μετὰ τὴν νίκην ἣν αὐτὸν νενικηκέναι φασὶν ἐπὶ τῇ τελευτῇ Ἀμφιδάμαντος εἰς Δελφοὺς ἐπορεύθη, καὶ ἐδόθη αὐτῷ οὑτοσὶ ὁ χρησμός·*

*ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμὸν δόμον ἀμφιπολεύει,*
*Ἡσίοδος, Μούσῃσι τετιμένος ἀθανάτῃσι·*
*τοῦ δή τοι κλέος ἔσται ὅσον τ' ἐπικίδναται Ἠώς.*

---

V. 1. *παλαιοῦ*] Sic Vat. Vulgo *πάλαι*.
V. 5. *Εὐρυπολίαν* Vat.
V. 8. *τοῦ Ἡσιόδου*] Sic Vat. Vulgo *τὸν Ἡσίοδον*.
V. 9. *προγενέστερον*] Sic Vat. Vulgo *μεταγ*.
V. 12. *Κλυμένης*] est Wyttenbachii emendatio; v. Schol. ad Oper. 269. Vulgo *Κτημένης*.
V. 13. *ἀδελφῆς*] Vat. *ἀδελφοῦ*. — *Φηγέως*] *Φυγέως* Vat. Taur., *Θησέως* Neap., *Φυσέως* Palat. emend. ap. Neumann. Aristot. Polit. fragm. p. 144.
V. 20. *ὑστερίζοντα*] Sic Vat. Vulgo *ὑστέριζον*.

ἀλλὰ Διὸς πεφύλαξο Νεμείου κάλλιμον ἄλσος·
κεῖθι δέ τοι θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.

ὁ δὲ τὴν ἐν Πελοποννήσῳ Νεμέαν φυγὼν ἐν Οἰνόῃ τῆς Λοκρίδος ὑπὸ Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος τῶν Φηγέως παίδων ἀναιρεῖται καὶ ῥίπτεται εἰς τὴν θάλασσαν, ὡς φθείρας τὴν ἀδελφὴν ἐκείνων Κλυμένην, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Στησίχορος· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Οἰνόη Διὸς Νεμείου ἱερόν. μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν ὑπὸ δελφίνων πρὸς τὸν αἰγιαλὸν ἐξήχθη τὸ σῶμα μεταξὺ Λοκρίδος καὶ Εὐβοίας, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν Λοκροὶ ἐν Νεμέᾳ τῆς Οἰνόης. οἱ δὲ φονεῖς αὐτοῦ νηὸς ἐπιβάντες ἐπειρῶντο φυγεῖν, χειμῶνι δὲ διεφθάρησαν. Ὀρχομένιοι δὲ ὕστερον κατὰ χρησμὸν ἐνεγκόντες τὰ Ἡσιόδου ὀστᾶ θάπτουσιν ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπέγραψαν τάδε·

Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστίν,
ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνοις σοφίης,
Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει.

ἐπέγραψε δὲ καὶ Πίνδαρος·

χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

---

V. 2. *κεῖθι δέ τοι*] Vat. καὶ γάρ τοι. Scr. καὶ γὰρ ἐκεῖ θ.
V. 3. *Οἰνόῃ*] V. p. 322.
V. 9. *Εὐβοίας*] Sic etiam Certam. p. 323, 4., unde hausit scriptor. Sed in Certamine pro ΕΥΒΟΙΑΣ leg. ΜΟΛΥΚΡΙΑΣ.
V. 11. *αὐτοῦ*] Sic Vat. Vulgo τούτου.
V. 13. *ἀγορᾷ*] Si in foro Orchomeni sepultus Hesiodus est, non potest is tumulus pro Hesiodi sepulcro haberi, de quo Ulrichsius, vir doctissimus, loquitur (Iter in Graec. I. p. 193.). Mihi, quum ante hos tres annos Orchomeni essem, πολυάνδριον videbatur is tumulus esse.
V. 15. Sic codd.; Paus. Boeot. 38: τοῦ πλεῖστον ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται. v. Buttm. Gr. Gr. II. p. 202.
V. 18. Sic Paus.; Vat. πληξίππου Μινύης. Μινύης (scr. Μινυῆς) etiam Vat. Βοιωτοὶ πλήξιπποι Scut. 24. πλαξίππα Θήβα Pindar. Ol. VI, 145 (85.). Totum versum in suum convertit usum Aristoteles (Br. Anal. I. p. 178.). Epigramma ab aliis tribuitur Mnasalcae Sicyonio (v. Br. Anal. I. p. 193.).
V. 15—18. Sic Vat. hos versus praebet. Vulgo 3. 4. 1. 2.
V. 20 — 21. V. de his versibus praefat. p. XII seq. In malam partem sumptum huc pertinet proverbium δὶς παῖδες οἱ γέροντες. V. Ast. ad Plat. Legg. p. 78.
V. 21. μέτρα χέων Br. Anal. II. p. 523. Nihil mutandum. Sic enim etiam is legit, qui epigramma fecit in tabula Iliaca: ὄφρα δαεὶς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίας.

# ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΕΙΣ ΗΣΙΟΔΟΝ.

## I.

Ἑλλάδος εὐρυχόρου στέφανον καὶ κόσμον ἀοιδῆς
Ἀσκραῖον γενεὴν Ἡσίοδον κατέχω.

## II.

### ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ.

Ἡσίοδος δ' Ἀσκραῖος ὀρειάσιν εἴδετο Μούσαις
φθεγγόμενος, χαλκὸν δ' ἐβιάζετο θυιάδι λύσσῃ
ἔνθεον ἱμείρων ἀνάγειν μέλος.

## III.

### ΑΛΚΑΙΟΥ ΜΕΣΣΗΝΙΟΥ.

Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ νέκυν Ἡσιόδοιο
Νύμφαι κρηνιάδων λοῦσαν ἀπὸ σφετέρων,
καὶ τάφον ὑψώσαντο· γάλακτι δὲ ποιμένες αἰγῶν
ἔῤῥαναν, ξανθῷ μιξάμενοι μέλιτι.
τοίην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνεεν, ἐννέα Μουσῶν
ὁ πρέσβυς καθαρῶν γευσάμενος λιβάδων.

# ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

# ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν,
αἵθ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε,
καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν
ὀρχεῦνται καὶ βωμὸν ἐρισθενέος Κρονίωνος·
[καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Τερμησσοῖο,

V. 3 seq. V. Lucian. de saltat. 24.; pro *ὀρχεῦνται* Et. Magn. p. 604. memoriter ex v. 5. *λούσαντο*.
V. 3. *καί τ' ἐπὶ* V1.
V. 4. *ὀρχοῦνται* M2., *ἐρισθενέως* M1.
V. 5. *Τερμησσοῖο*] Sic Vat. Taur. M1.2. Rh. cum Zenodoto. M3. *Παρνησσοῖο*. Ceteri *Περμησσοῖο*, quod legisse videtur Nicander Ther. 12. Praeterea nolui *Τερμησοῖο* scribere, quanquam id praebebant M2. Rh., Hermanni iudicium secutus ad Soph. O. C. 693.

V. 1. *Ἑλικωνιάδων*] V. Pausan. IX, 29. Ceterum hunc versum Hesiodi cum Homeri celebratissimis prooemiis componit Leonidas Alex. XXIII, (Brunck. Anal. II. p. 194): *Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν Ἔγραφε ποιμαίνων, ὡς λόγος, Ἡσίοδος.*

V. 3. *κρήνην ἰοειδέα*] Aganippen puta, quae est filia Termessi. Pausan. Boeot. 29: *Ἐν Ἑλικῶνι δὲ πρὸς τὸ ἄλσος ἰόντι τῶν Μουσῶν ἐν ἀριστερᾷ μὲν ἡ Ἀγανίππη πηγή. Θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Ἀγανίππην τοῦ Τερμησσοῦ λέγουσι.* Hic ab editoribus contra codicum auctoritatem mutata lectio est scriptumque *Περμησσοῦ*, quum videatur perspicuum esse partem eam Heliconis, quae versus Ascram vergit, Permessum dici, Termessum fluvium esse. De significatione adiectivi *ἰοειδής* v. Passov. ad Pers. prol. 2.

V. 4. *Κρονίωνος*] De hac ara nihil apud antiquos scriptores reperio, sed in nemore Musarum non defuisse aram patris Musarum admodum probabile est.

V. 5. *Τερμησσοῖο*] Krusius Hellad. II. p. 481. Whe-

ἢ Ἵππου κρήνης, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο,
ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χοροὺς ἐνεποιήσαντο,
καλούς, ἱμερόεντας· ἐπεῤῥώσαντο δὲ ποσσίν.]
ἔνθεν ἀπορνύμεναι, κεκαλυμμέναι ἠέρι πολλῇ,
ἐννύχιαι στεῖχον περικαλλέα ὄσσαν ἱεῖσαι,
ὑμνεῦσαι Δία τ' αἰγίοχον καὶ πότνιαν Ἥρην,

V. 6. Ἵππου κρήνης] Sic Ml. Taur. V2. Par. Vulgo Ἱππουκρήνης.

V. 7. ἐνεποιήσαντο] Heynius ad Il. XXIV, 616. inconsiderate ἔνι ποιήσαντο.

V. 5—8. Hi versus, quos noverat Lucian. adv. indoct. 3., sane alius videntur recensionis esse pro versibus 3. 4. Nam neque aoristi ἐνεποιήσαντο, ἐπεῤῥώσαντο satis commode hic sequuntur praesens ὀρχεῦνται neque in simplici narratione, qua hic Hesiodus usus esse videtur, καί τε particulae (v. 5.) apte adiiciuntur particulis eisdem (v. 3.), quibus quid soleat a Musis fieri indicatur, non quid semel factum sit; neque consentanea est narratio Musas primum saltasse circa Aganippen, deinde, lavacro sumpto in Termesso, iterum in summo Helicone choreas duxisse. Diversam porro ab hac recensionem exstitisse, quae ita haberet: καί τέ λοεσσάμεναι χρόα καλὸν πόσσ' ἁπαλοῖσιν ὀρχεῦνται περὶ βωμὸν κτὲ. ex Scholiastae verbis patere videtur.

V. 9. πολλῇ] Vat. Ml. 2. πολλῷ.

lerum secutus Permessum a Termesso ita distinguit, ut illum in Copaidem, hunc in sinum Crissaeum aquas suas emittere dicat. Mihi vero Permessus recentioribus temporibus pro Termesso male dictus esse videtur; nam est quasi τέρμων Heliconis vel hunc τερμίζων [a tali enim verbo licebit derivare]. V. Pausan. Boeot. 29. Quae circumfertur diversa forma Τελμισσός (v. interpr. ad Orph. A. 121.), ea facile ex affinitate vocabulorum τέρμα et τέλος explicatur.

V. 6. Ἵππου κρήνης] Non, ut scribitur Ἑλλήσποντος, Ἡλιούπολις, ita dicitur Ἱππουκρήνη. V. Callim. Lav. Pall. 71: Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ. Arat. Phaen. 216. 220. Quod vero equus est sacrum poetarum animal, eius rei causam non satis explicasse mihi videntur mythologi. Causa est in rhythmico equorum incessu, cuius rationem pulcre post Ennium intellexit Virgilius in illo: quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. Vides igitur eos, qui a Pindaro inde alis instruxerunt Pegasum, is ut altiorem animi volatum significaret, parum perspexisse huius numinis naturam. V. Vossium epp. myth. I. p. 247. Quod si Pegasus ungula sua aperuit fontem Musarum, nihil hac fabula docetur, quam priorem poesi fuisse rhythmum. — Ὀλμειοῦ] Verior forma Ὀλμειὸς esse videtur, ut viderunt Hemsterhusius, Prideaux Marm. Oxon. p. 98. et Müller Orchom. p. 54. et ita Statius Theb. VII, 284: canoris et felix Holmie vadis, ex emend. Hemsterhus. Sed Ὀλμειὸς ab Aeolibus ψιλωταῖς dicebatur atque sic h. l. legisse Lucianum adv. ind. 3. patet. Similiter a

[Ἀργείην, χρυσέοισι πεδίλοις ἐμβεβαυῖαν,]
κούρην τ' αἰγιόχοιο Διὸς γλαυκῶπιν Ἀθήνην,
Φοῖβόν τ' Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,
ἠδὲ Ποσειδάωνα γεήοχον, ἐννοσίγαιον,
καὶ Θέμιν αἰδοίην, ἑλικοβλέφαρόν τ' Ἀφροδίτην,
Ἥβην τε χρυσοστέφανον καλήν τε Διώνην,

V. 10. περικαλέα — ἱεῖσαι M1.

V. 12. Hic versus mihi adiectus esse videtur posteriore tempore. Nam epithetum Iunonis ab Argis derivatum, quanquam admodum vulgare, hic omnino abesse debuit, quum non quibus locis singuli dii praecipue colerentur dicendum esset, sed universum quasi et commune cunctis Graecis systema mythologicum pastoribus tradendum. Longe alia est ratio vv. 196 sqq.

V. 15. Vulgo Ποσειδάωνα γαιήοχον, pro quo ego in editione priore, probante Herm., scripseram Ποσειδάω γαιήοχον, ne αι syllaba corriperetur. Nam brevis quidem est αι diphthongus in χαμαιεῦναι apud Hom. Il. XVI, 235. Od. X, 243., sed in commissura duorum vocabulorum, Αἰήτης vero Orph. Arg. 1025. nimis recentis aetatis est, quam ut in censum venire possit. Verum, quod nunc recepi, est scriptura M3., sed antea iam ab Hermanno excogitata, a Boeckhio not. crit. in Pind. p. 424. probata. M2. Ποσειδάονα.

V. 17. Ἥβην] Plut. Conv. Qu. T. II. p. 747. F. Ἥρην.

Boeotis Aeolensibus oppidum Ὄλμωνες ad lacum Copaidem situm, in quem Olmius aquas suas emittit, leni spiritu proferebatur. Memoratur Olmius etiam a Strabone IX. p. 264: καὶ ὁ Τερμησσὸς [Περμησσὸς vulgo. F. I.] καὶ ὁ Ὀλμειὸς ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος συμβάλλοντες ἀλλήλοις εἰς τὴν αὐτὴν ἐμπίπτουσι λίμνην τὴν Κωπαΐδα τοῦ Ἁλιάρτου πλησίον. et a Nonno Dion. VII, 236: Ἢ ῥόον Ὀλμειοῖο. Ὀλμειός habet etiam Arcad. de acc. p. 44, 16. V. Iacobs ad Philostr. p. 705.

V. 10. στεῖχον] Hoc imperfectum fere subit aoristi significationem, quam exemplis quibusdam epicorum et tragicorum declaravit Hermannus de emend. rat. gr. Gr. p. 243. Eodem pertinet ἴαλλον Theog. 269. — περικαλλέα ὄσσαν ἱεῖσαι] Hom. Od. XII, 192: ἱεῖσαι ὄπα κάλλιμον. Ceterum vocabulum ἐννύχιαι indicio est apparuisse Hesiodo Musas per somnium. Quod recte animadvertit M. Aurelius imperator in epistola ad Frontonem I, 3: Transeo nunc ad Q. Ennium, quem tu ais ex somno et ex somnio initium sibi fecisse. — Hinc ad Hesiodum pastorem, quem dormientem poetam ais factum. At enim ego memini apud magistrum me legere: ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου Ἡσιόδῳ Μουσέων ἑσμὸς ὅτ' ἠντίασεν. τὸ ὅτ' ἠντίασεν vides quale sit, scilicet ambulanti obvias venisse Musas.

V. 15. γεήοχον] Hac forma vocabuli etiam Pindarus Ol. XIII, 78. usus est, ut demonstravit Boeckhius not. crit. p. 424. Videtur igitur Boeotorum fuisse propria.

Ἠῶ τ' Ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπρήν τε Σελήνην,
Λητώ τ' Ἰαπετόν τε, ἰδὲ Κρόνον ἀγκυλομήτην,
Γαῖάν τ' Ὠκεανόν τε μέγαν, καὶ Νύκτα μέλαιναν,
ἄλλων τ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων·
αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν,
ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὕπο ζαθέοιο.

V. 18 seq. Inverso ordine hi versus leguntur in Vat. Taur. Par. 1. 2. M2. Rh. V2., quos secutus erat Wolfius. Pro λαμπράν vulgato scripsi λαμπρήν (cf. v. 371.).

V. 19. τ', ἠδὲ pro τε, ἰδὲ correxit Bentl. — ἀγκυλόμητιν M2.

V. 20. Γαῖαν δ' M1.

V. 21. Post ἐόντων vulgo plene interpungitur.

V. 23. ποιμένονθ' M1.

V. 24. ἔειπαν] Sic V2. Ceteri ἔειπον. Illud, ut rarius,

V. 18. 19. Quum in quibusdam codicibus inverso ordine legantur hi versus, Hermannus indicio hoc esse putat posterius adiectum esse v. 18., sed in locum ineptum traiectum, quum debuisset post v. 20. legi. Mihi contrarium videtur. Nam propter similem exitum ultimarum syllabarum versuum 17. et 18. facile fieri potuit, ut ab altero versu ad alterum aberraret librarius, postea autem, intellecto errore, in marginem reiiceret versiculum, quem praeterierat. Hinc apparere mihi videtur iam antiquitus se excepisse versus 18. 19.

V. 18. λαμπρήν] Hermannus Opusc. VI. p. 153. constantem in libris lectionem λαμπράν, sustentatam etiam, ut videbatur, a Schol. Eur. Phoen. 175. et Apollon. IV, 54. praetulit. Idem sensit Schneidewinus (Exerc. crit. p. 41.), qui propter ρ cum π sociatum η fugisse opinatur epicos. Hoc altero argumento non moveor; nam epicos poetas, qui λέπρην (Maneth. Apot. V, 251.) et λυπρήν (Hom. Od. XIII, 243., Maneth. et Quint. Smyrn.) noluerunt evitare, et cur, amabo, evitassent? eos adeo λαμπρή fugisse quis putet atque imprimis Hesiodum, qui Ἄσκρην non Ἄσκραν municipium suum dixit? Codicum vero auctoritatem in eiusmodi rebus levissimam esse dico. Quapropter neque aliis a Schneidewino allatis exemplis neque duobus Manethonis locis (I, 304. IV, 204.), ubi λαμπρά librariorum vitio legitur, a sententia mea divellor. Nam λαμπρήν vere epica et Ionica forma praeter Solon. ap. Diog. Laert. Vit. Solon. 3. etiam Apollodotus usus est ap. Plutarch. (non posse suav. vivi sec. Epic. 11.) T. XIV. p. 100. Hutten. et Myrinus Anthol. Pal. VI, 108. λαμπρῆς δῶρα θυηπολίης.

V. 23. De caesura trochaica in quarto pede v. Herm. ad Orph. p. 694.

V. 24. πρώτιστα] Nempe priusquam divino poesis spiritu me afflarent, vituperio me perstrinxerunt propter desidiam pastoralem.

V. 26. ποιμένες ἄγραυλοι — γαστέρες οἶον] Hom. Il. XVIII, 162: ὡς δ' ἀπὸ σώματος οὔτι λέοντ' αἴθωνα δύνανται Ποιμένες ἄγραυλοι μέγα πει-

τόνδε δέ με πρώτιστα θεαὶ πρὸς μῦθον ἔειπαν,
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο·
Ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ᾽ ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,
ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα,
ἴδμεν δ᾽, εὖτ᾽ ἐθέλωμεν, ἀληθέα μυθήσασθαι.
Ὣς ἔφασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι·

apud Hesiodum erat praeferendum. Sic apud Herodot. I, 120. omnes fere codices εἶπαν, unus εἶπον. Pro πρώτιστα Rh. πρῶτα.

V. 27. ἴσμεν Athenag. Leg. p. 28. Sylb.

V. 28. εὖτ᾽] Taur. V1. εὖτ᾽ ἄν. Pro μυθήσασθαι V1. et auct. Schol. γηρύσασθαι.

V. 29. κοῦραι] κεῖναι M1. Rh., Μοῦσαι M2., in marg. γρ. κοῦραι. Nostrum habet etiam Et. M. v. ἀρτιέπειαι. — μεγάλου] V2. μεγάλαι, V1. Διὸς μεγάλου.

νάοντα δίεσθαι. Epimenides, quem Wolfius allegavit apud Paullum apostolum: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Quem imitatus esse videtur Theocr. Id. XV, 50: ἀλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια, πάντες ἔλειοι. Sic scriptum oportuit; quid sit ἔλειοι, docebit Heliod. Aeth. I, 4. Similiter Hom. Il. V, 787: αἰδώς, Ἀργεῖοι, κάκ᾽ ἐλέγχεα, εἶδος ἀγητοί. Ceterum videtur incertum esse, utrum ποιμένες sit nominativus an vocativus, quem praefert Hermannus. Sustentatur imitatione Timonis Phlias. IV. in Brunck. Anal. II. p. 68: σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ᾽ ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον, ποίων ἔκ τ᾽ ἐρίδων καὶ λεσχομάχων πεπλάνησθε; Quicquid statuatur, si additur ἴδμεν, idem id valet propter oppositionem necessariam, ac si dixisset ἡμεῖς δὲ Μοῦσαι ἴδμεν. Illud οἶον, quod adiectum est ab Hesiodo, sic legitur apud Aeschylum Ag. 130: οἶον μή τις ἄγα θεόθεν κνεφάσῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας στρατωθέν, ubi non debebat sollicitari a Blomfieldo; nam οἶον etiam hic scriptum est in exemplaribus quibusdam, ut Tr. Pro οἶον Atticus scriptor dixisset ἄλλως, ut monuit Ruhnkenius, cuius annot. vide Tim. p. 199. — Quod dixit γαστέρες οἶον, i. e. μόνον (v. Hesychium v. γαστέρες οἶον) vel αὐτὸ μόνον, deinde aliter ab aliis etiam dictum est, ut ab Eubulo ap. Athen. p. 417. E. ὅλους τραχήλους. Cf. Valcken. ad Callim. fragm. el. p. 26 seq. — Ex hac Hesiodi compellatione patet recentiorem esse fabulam Hesiodo, quae Iovem sub forma pastoris cum Mnemosyne concubuisse narrat. Cf. ad v. 54. — Scholiasta: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· οὐ λείπει δέ, ἀλλ᾽ ἔστι ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ᾽ ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον. Igitur aut deerat hic versus in quibusdam exemplaribus antiquis, quae Hermanni fuisse sententia videtur (v. ei. praef. ad hymn. Hom. p. XIII.), aut versus alius ante v. 26. deesse visus est Apollonio.

V. 27. ψεύδεα — ὁμοῖα] Cf. Hom. Od. XIX, 203. Theogn. 713: οὐδ᾽ εἰ ψεύδεα μὲν ποιοῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Ceterum v. 27. ceteri poetae epici, qualis Homerus fuit, indicantur, v. 28. vero didactici, quorum familiam ipse Hesiodus ducit.

καί μοι σκῆπτρον ἔδον δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
δρέψασθαι, θηητόν· ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
θείην, ὡς κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

V. 30. ἔδον — ἐριθηλέος] Taur. ἔλον — ἐριθαλέος. Vl. Par. ἔδων.

V. 31. δρέψασαι θυητόν Vl. (v. Muetzell. de em. Th. p. 252.), δρέψασαι etiam Par. Dind. θειητόν M2.

V. 32. ὡς κλείοιμι] Ita correxit H. Steph., ὥςτε κλύοιμι V2., ἵνα κλείοιμι Vat. M1. 2. Vl. Par. Taur. Rh. ἵνα κλύοιμι. M3. ὄφρα κλύοιμι. Lucian. c. Hes. p. 240. ὅπως κλείοιμι legisse videtur. At recte Muetzell. p. 378. ex Aristid. l. infra laudato et Lucian. c. Hes. concludit pro θείην (pro quo

V. 30. Schol. Vl. δάφνης] ἤτοι ἐπεὶ πολύδαφνος ὁ Ἑλικὼν τὰς Μούσας ἐκ τῆς παρακειμένης ὕλης ἔφη. ἔπρεπε δὲ ἐπὶ Ἀπόλλωνος τοῦτο, ὁ γὰρ θεὸς μουσηγέτης. ἐκ γάρ τοι Μουσέων καὶ Ἑλικωνίου Ἀπόλλωνος ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν, ἢ παρόσον ἡ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς τοὺς ἐνθουσιασμούς. Σοφοκλῆς ἐν Κασάνδρᾳ· δάφνην φάγων ὀδόντι πρίετο στόμα. καὶ Λυκόφρων· δάφνην φάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

V. 31. δρέψασθαι] Δρέψασαι, quod legitur in duobus codicibus receptumque erat a Wolfio et Hermanno praef. hymn. Hom. p. XIII. [favet epigr. Archiae in Anth. Pal. IX, 64. F. I.], non male habet; nam quod Heynius monuit, postulare usum Homeri atque Hesiodi δρεψάμεναι, reprobatur hymn. in Cer. 426: παίζομεν ἠδ' ἄνθεα δρέπομεν: v. Boeckh. expl. Pind. Ol. I. p. 103. Sed quum fere omnes codices praebeant δρέψασθαι et insuper Hesiodus de eo dicat, quod per somnium (v. 10.) sibi accidisset, exemplum secutus Gaisfordii non ausus sum quicquam mutare, praeter posituram, quae ita habebat: ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον, δρέψασθαι θηητόν. Nam, omissis post ἔδον et ὄζον commatis, δρέψασθαι pendet ab ἔδον, ut v. 819: atque iusserunt me Musae ramum decerpere lauri (id mihi concessum fuit a Musis), ut pro ῥάβδῳ mihi esset poetarum. Videtur hoc sustentari Aristidis verbis (Tom. II. p. 370.) a Gaisfordio allegatis: δρέψασθαι θηητόν· ὡς οὐδὲ τὸν τυχόντα κλαδίσκον ΔΑΒΩΝ, ἀλλὰ πολλῶν ὄντων τὸν μάλιστα περίβλεπτον εἶναι σκῆπτρον Ἡσιόδου. Non enim casu factum est, quod lauri ramum pro sceptro vates accepit, ut opinabatur Wolfius, sed divino ille ramus spiritu implet eos, qui manu tenent. V. Lucian. Rhet. praec. 4: εἰ γὰρ Ἡσίοδος μὲν ὀλίγα φύλλα ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος λαβὼν αὐτίκα μάλα ποιητὴς ἐκ ποιμένος κατέστη καὶ ᾖδε θεῶν καὶ ἡρώων γένη κάτοχος ἐκ Μουσῶν γενόμενος κτέ. Prorsus ita nostrum intellexisse video Boissonadum. Praeterea post δρέψασθαι posituram feci. Θηητὸν autem est quod facile inter tot similes ramos agnosci poterat. Interpretationem, quam dedit Bernhardy (Synt. Gr. p.360.): „wenn man ihn bricht, ein Wunder," ferrem, nisi praegressum esset ἔδον. De toto loco cf. Pausan. Boeot. 30: κάθηται δὲ καὶ Ἡσίοδος κιθάραν ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχων, οὐδέν τι οἰκεῖον Ἡσιόδῳ φόρημα· δῆλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν, ὅτι ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης ᾖδε. De sceptro poetarum v. praef.

καί με κέλονθ' ὑμνεῖν μακάρων γένος αἰὲν ἐόντων,
σφᾶς δ' αὐτὰς πρῶτόν τε καὶ ὕστερον αἰὲν ἀείδειν.
ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην;

ego primo δῖαν legere volebam) in antiquioribus codicibus aliud epithetum scriptum fuisse, sed quam ipse excogitavit scripturam nemo facile adoptet. Mihi non θεσπεσίην, quo vocabulo utuntur Aristides et Lucianus, scripsisse videtur Hesiodus, sed θέσπιν, ἵνα κλείοιμι. Θέσπις ἀοιδή ap. Hom. Od. I, 328. VIII, 498.

V. 33. μ' ἐκέλονθ' Vl. Par.

V. 34. τε abest a Ml. — ὕστερον] ὕστατον, quod usitatius esse dicebat Wolfius, in textum recepit Dind., probavit Hermannus. Sed ὕστερον etiam scholia agnoscunt. — αἰὲν abest a Taur.

V. 35. τίη est quianam; ἢ enim, quod additum est τι vocabulo, respondet Latinorum enclitico nam. Quod Hermannus monuit (Opusc. VI. p. 155.), reprobari hanc sententiam meam ὀτιή particula, si propter adiectam etiam in asseveratione particulam monitum est, propterea non quadrat, quod similiter Latini dicunt quianam in causali sententia. — περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην. Proverbialis haec est formula, cuius vim ac potestatem non satis perspexisse mihi videntur interpretes, quum de antiqua fabula sermonem esse dicunt, quae homines ex arboribus et lapidibus procreatos esse moneat. De lapidibus Deucalionis audivi, de arboribus non item. Longe aliter res se habet. Nempe antiquissimis temporibus duo tantum in Graecia erant oracula, quibus ut ipsorum deorum arcanis vocibus atque consiliis summa cum reverentia obsequia praestabant Graeci. Dodonae ex sacra quercu resonabant deorum consilia (verissimum est enim quod monuit O. Müller. Archaeol. p. 32.), Delphis, seu potius Pythone, ex specu Parnassi per Pythiam sacerdotem. Ita ὑψίκομος δρῦς est pro ipso Dodonaeo oraculo Hom. Od. XIV, 327. XIX, 295. Cf. Aeschyl. Prom. 834. Well. Sophocl. Tr. 1158.; et Πυθὼ dicitur πετρήεσσα Il. IX, 404.; Παρνασσία πέτρα de sede Apollinis est apud Aristoph. Nub. 600. et εἶπε Δελφὶς πέτρα apud Soph. Oed. T. 464. Cf. Orph. Argon. 2: ὦναξ Πυθῶνος μεδέων — ὃς λάχες ἠλιβάτου κορυφῆς Παρνησίδα πέτρην. Nonnus adeo Dionys. IX, 284. oraculum Pythicum ausus est ὀμφαίαν πέτραν dicere. Hinc factum, ut δρῦς et πέτρα coniunctae in proverbialem abirent locutionem, si quis aut de sacris atque divinis rebus, pio silentio honorandis, cogitaret, aut de eo genere suasionum admonitionumque, quod ad suscipiendum aliquid vel ad abstinendum a proposito magnopere impelleret. [Hoc si verum est, non possum cum Hermanno facere, qui (Opusc. VI. p. 155.) de oraculis quidem hanc locutionem derivandam esse mecum censet, sed ita immutatam esse sententiam, ut, quum nescirent homines, cuius vox e quercu aut saxo audiretur, de inanibus quibuscunque rebus usurparent, ut μὰψ αὔτως. Nam qui fieri potuit, ut oracula antiquissima, summa pietate culta, ad res inanes referrentur Homeri Hesiodique aetate? Hoc dignum erat Menandri aevo, philosophia iam liberaliter exculto. V. Zenob. Paroem. VI, 5. τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον, ibique Schneidewinum.] Ad alterum loquendi

Τύνη, Μουσάων ἀρχώμεθα, ταὶ Διὶ πατρὶ
ὑμνεῦσαι τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὀλύμπου,
εἰρεῦσαι τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα,
φωνῇ ὁμηρεῦσαι· τῶν δ' ἀκάματος ῥέει αὐδὴ
ἐκ στομάτων ἡδεῖα· γελᾷ δέ τε δώματα πατρὸς
Ζηνὸς ἐριγδούποιο θεᾶν ὀπὶ λειριοέσσῃ

V. 37. αἰὲν Ὀλ. V1.

V. 41. θεᾶν] V1.2., M1. et Vat. θεῶν, sed illam formam a scholiis firmatam apud Hesiodum Boeotum sollicitare non licet. Cf. Oper. 144.

V. 43. δώματά τ'] Sic Par. et V2. et ita correxerat Winterton. Secuti sunt Gaisf. et Dind. Bar. Taur. V1. Vat. sine

genus pertinet ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην; sed quid ego res divinas profano, quid ea renuntio hominibus, quae a Musis mihi concredita erant pio silentio premenda? Hoc in animo habuisse videtur Macar. ap. Arsen. Walzii p. 185: δρυὸς καὶ πέτρας λόγοι ἐπὶ τῶν ἀδολεσχούντων καὶ μυθολογούντων παράδοξα. Ad idem genus pertinere mihi videtur Hom. Od. XIX, 163: ἀλλὰ καὶ ὧς μοι εἰπὲ τεὸν γένος ὁππόθεν ἐσσί· Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης: non enim a divina quercu aut saxo oriundus esse videris, ut stirpem tuam sileas. Eodem sensu etiam Plato usus est Apol. p. 34. D: καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ τοῦ Ὁμήρου, οὐδ' ἐγὼ ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης πέφυκα, ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπων, ὥςτε καὶ οἰκεῖοί μοι εἰσὶ καὶ υἱεῖς. et aliis quibusdam locis. Inprimis autem Phaedr. p. 275. demonstratur de oraculis cogitandum esse: οἱ δέ γ', ὦ φίλε, ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Δωδωναίου ἱερῷ δρυὸς λόγους ἔφασαν μαντικοὺς πρώτους γενέσθαι. τοῖς μὲν οὖν τότε, ἅτε οὐκ οὖσι σοφοῖς ὥςπερ ὑμεῖς οἱ νέοι, ἀπέχρη δρυὸς καὶ πέτρας ἀκούειν ὑπ' εὐηθείας, εἰ μόνον ἀληθῆ λέγοιεν. Idem fere atque nostri loci est sensus, quum Herodot. II, 65. dicit: τὰ θεῖα πρήγματα, τὰ ἐγὼ φεύγω μάλιστα ἀπηγέεσθαι. Cf. II, 3. Alterius vero generis est illud Iliad. XXII, 126: οὐ μέν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης τῷ ὀαριζέμεναι, i. e. si vellem cum Achille non armis, sed verbis contendere et confabulari, quemadmodum cum virgine amasius, non ille mea verba sic veneraretur, ut voces quasi oraculorum audire sibi videretur. Prorsus similiter Ovidius Art. Am. II, 541: eris magni victor in arce Iovis. Haec tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas dicere. Longe aliter rem expedire sibi visus est Wolfius: cum Achille, inquit, iam non otiose, non secure confabulari licet; securi enim ab insidiis tutique sedent, qui in editiore loco constituti, ut in arbore seu rupe, sermones inter se conserunt. Quod quam parum sit aptum eis, quos allegavimus, locis, quivis videt nec ipse infitiatur Wolfius. Non magis Homerum interpretantur verba Scholiastarum. Inverterunt sententiam pro re sua Lucillius (Brunck. Anal. II. p. 334): ἢ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου ἢ ἀπὸ πέτρης ὀρ-

σκιδναμένῃ· ἠχεῖ δὲ κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
δώματά τ' ἀθανάτων. αἱ δ' ἄμβροτον ὄσσαν ἱεῖσαι
θεῶν γένος αἰδοῖον πρῶτον κλείουσιν ἀοιδῇ,
ἐξ ἀρχῆς οὓς Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ἔτικτεν,
[οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοί, δωτῆρες ἐάων.]
δεύτερον αὖτε Ζῆνα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,

τε. Ml. Rh. δώματ' ἀθανάτων.
V. 44. αἰδοίων lt.
V. 45. τε καὶ M2., post pro ἔτικτεν Graev., Wolf., Gaisf., Dind., Boiss. ἔτικτον. Ml. ἔτικτε, qui v. 46. δοτῆρες et sic semper.

χηστής; Palladas (ib. II. p. 409): οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς εἶ Οὐδ' ἀπὸ πέτρης, φασίν.

V. 36. Τύνη] Schol. marg. Taur. σύ, ὦ Ἡσίοδε, ἀρχαϊσμός. Guieti coniecturam τοίνυν merito improbavit Wolfius; animum suum alloquitur Hesiodus, ut fecit apud Homerum Ulixes verbis: τέτλαθι δή, κραδίη. Theogn. 997: Τόλμα, θυμέ, κακοῖσιν ὅμως ἄτλητα πεπονθώς. Archil. ap. Stob. XX. p. 170: Θυμέ, θύμ', ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε. Aristoph. Ach. 450. 480: ὦ θύμ', ἄνευ σκάνδικος ἐμπορευτέα. 483. et ap. Aristot. Polit. VII, 6: διὸ καὶ Ἀρχίλοχος προσηκόντως τοῖς φίλοις ἐγκαλῶν διαλέγεται πρὸς τὸν θυμόν· σὺ γὰρ δὴ παρὰ φίλων ἀπάγχεαι. Sic scriptum oportuit. Callim. Del. 1: τὴν ἱερήν, ὦ θυμέ, τίνα χρόνον ἢ πότ' ἀείσεις Δῆλον;

V. 37. ἐντὸς Ὀλύμπου] Abhorrent haec ab aetate Hesiodi. Cf. v. 42. 62., ubi ἀκροτάτη κορυφὴ νιφόεντος Ὀλύμπου memoratur. V. Vossii annot. ad hymn. Cer. 92. Tamen etiam apud Homerum, ut Od. XI, 313., reperiuntur exempla, quae ab illa aetate abhorrent. Nimirum haec sunt additamenta serioris temporis.

V. 38. εἰρεῦσαι] Εἰρέω, unde ἡ εἰρέα v. 804., verbum est Boeoticum pro ὑμνέω. Simile huius verbi exemplum non praesto est; nam quod A. Matthiae Gr. 232. εἰρείτω ex Theocr. XXVIII, 24. protulit, non potest choriambico metro includi; legitur ibi ἔρει τῷ.

V. 39. ὁμηρεῦσαι] Non est ab ὁμηρεύω, ut legitur in lexicis et in Etym. M. p. 623. φωνῇ ὁμηρεύουσαι, a quo derivari omnino non potest, sed ab ὁμηρέω; ὁμηρεύω est obsidem esse. Elmsleium Eur. Iph. A. 789. μυθεῦσαι contractum ex μυθεύουσαι docuisse ad Eur. Med. 413. miratus sum.

V. 40. γελᾷ] Ad res translatum esse verbum γελᾶν post Ruhnkenium docuit Vossius ad hymn. Cer. 13.

§. 44. θεῶν] Monosyllabum haud ita frequens est apud epicos antiquos, ut putabat Wolfius, praecipue in principio versus; de tragicis satis constat. V. Hom. Il. I, 18. Cer. 259. 326. ibique Vossium.

V. 45. ἐξ ἀρχῆς melius c. Tr. coniungatur cum οὓς Γαῖα, a quo positura disiunctum est in editionibus.

V. 46. De ἐάων v. ad v. 664. Ceterum hic versus ex v. 111. huc inepte traiectus male δωτῆρες ἐάων, quod Olympicorum deorum proprium epithetum est, de Titanibus usurpat.

ἀρχόμεναί θ' ὑμνεῦσι θεαὶ λήγουσί τ' ἀοιδῆς,
ὅσσον φέρτατός ἐστι θεῶν κράτεΐ τε μέγιστος.
αὖτις δ' ἀνθρώπων τε γένος κρατερῶν τε γιγάντων
ὑμνεῦσαι τέρπουσι Διὸς νόον ἐντὸς Ὀλύμπου
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
τὰς ἐν Πιερίῃ Κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα
Μνημοσύνη, γουνοῖσιν Ἐλευθῆρος μεδέουσα,

V. 48. *λήγουσί*] Sic Bar. M2. Ceteri (ut V1. 2. M1. Par. Vat. Taur.) *λήγουσαί*, quod priore editione receperam. Nunc cessi argumentis Hermanni Opusc. VI. p. 156. Nam Il. II, 844. pro *Πείρως ἥρως* recte scripserunt *Πείροος*, Hes. Op. 574. legendum videtur *ἠόα κοῖτον*, quanquam subdubito propter Odyss. XXIII, 243. XIX. 342.; *Πολυπαίδη* apud Theognidem pridem cessit legitimae scripturae *Πολυπαΐδη* (derivandum a *Πολύπαος* Dorico pro *Πολύπηος*, qui multis affinibus gaudet habendusque est in optimatibus). Restat *ἰδρῶ πολλόν* Il. X, 573., cui nondum parata medicina est. L. Dind. coni. *ὑμνεῦσιν ἰδὲ λήγουσαι ἀοιδῆς*.

V. 49. *τόσσον* M3. Bar., *φέρτερος* M2., sed in m. *γρ. φέρτατος*.

V. 50. *αὖτις*] Sic M2. Par. V1.; alii codd. *αὖθις*. Cf. v. 237., ubi V2. *αὖθις*.

V. 55. *λησμοσύνην*] Sic M1. 3. In marg. *γρ. μνημοσύνην*.

V. 58. *ἔτραπον*] V2. *ἔτρεπον*.

V. 59. *πέρι* M1. *ἐτελέσθην* Rh.

V. 60. *ᾖσιν*] Dativos epicos in *ησι* sine subscripto iota scribendos esse demonstrare conatus sum ad Aristot. Polit. p. 342 sq. Nam exitus dativi pluralis est *ις* aut *σι*, non *ισι*, ut volebat Thier-

V. 48. Ad *λήγουσι* supple *ὑμνεῦσαι*.

V. 50. *ἀνθρώπων*] Nulla est in his difficultas; narrant Musae etiam heroum res gestas. Nam hos Gigantes prooemii Hesiodei ut cum Herm. (de myth. Gr. ant. p. X.) et Huschkio (Anal. litt. p. 330.) pro hominum generatoribus habeam, non adducor.

V. 53. *Πιερίῃ*] Cf. Müller. Orch. p. 381 seq.

V. 54. *Ἐλευθῆρος*] Schol.: *ὁ δὲ Ἐλευθὴρ ὄνομα πόλεώς ἐστι τῆς Βοιωτίας* (v. Etym. M. s. v. *Ἐλευθήρ*), *ἀπό τινος βασιλέως αὐτῆς τῆς πόλεως οὕτως ὠνομασμένου, υἱοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Αἰθούσης τῆς Ποσειδῶνος· ἔστι δὲ καὶ ὄρος, φασί, ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἥρωος· οὕτω δὲ λέγεται, ὅτι ἐκεῖ ὁ Διόνυσος τῆς μανίας ἐπαύσατο καὶ ἠλευθερώθη. Καὶ τοῦτο δὲ δόξαν προσάπτων τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι λέγει, ὅτι ἐγεννήθησαν μὲν ἐν Πιερίᾳ, ἡ δὲ μήτηρ αὐτῶν ἐξ Εὐβοίας* (l. *ἐκ Βοιωτίας*) *ἦν*. Non persuadet mihi oppidum *Ἐλευθερὰς Ἐλευθῆρα* dictum esse ab Hesiodo: is montem intellexit, quod etiam illa fabula docere videtur, quae Iovem sub forma pastoris cum Mnemosyne concubuisse fingit. V. Clement. Hom. V, 14. *Γουνοὶ Ἐλευθῆρος* dicitur id, quod a Pausan. I, 38. appellatur *πεδίον*: *ἐν τούτῳ τῷ πεδίῳ ναός ἐστι Διονύσου καὶ τὸ ξόανον ἐντεῦθεν Ἀθηναίοις ἐκομίσθη τὸ ἀρχαῖον*. Dionysi ara ibi erat, quod Mnemosyne eo loco culta rationis suae compotem eum fecerat.

λησμοσύνην τε κακῶν ἄμπαυμά τε μερμηράων.
ἐννέα γάρ οἱ νύκτας ἐμίσγετο μητίετα Ζεὺς
νόσφιν ἀπ' ἀθανάτων ἱερὸν λέχος εἰςαναβαίνων·
ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, περὶ δ' ἔτραπον ὧραι,
μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα πόλλ' ἐτελέσθη,
ἡ δ' ἔτεκ' ἐννέα κούρας ὁμόφρονας, ᾗσιν ἀοιδὴ
μέμβλεται, ἐν στήθεσσιν ἀκηδέα θυμὸν ἐχούσαις,

schius Gr. §. 50., cuius terminationis ne unicum quidem reperitur exemplum in antiquissima declinationis forma, quae apud nos dicitur tertia, nec potest reperiri, quod veri exitus declinationum non inveniuntur nisi monosyllabi. Omnino autem animadvertendum erat *α*, *η*, *ας*, *ης*, *ος*, *ον* syllabas, quae plerumque dicuntur exitus esse primae et secundae declinationis, non habendas esse in veris exitibus, sed *α*, *η*, *ο* esse primigenias vocales, ut demonstravi in libro: Allgem. Lehre v. Accent, p. 109. Quod si qui grammaticus illud vituperet, in *ἄστρασι*, *χείρεσσι* et sim. ea ratione adiungi alterum casus alicuius exitum alteri, is velim cogitet nominativo proprie nihil indicari nisi substantivi etymum et numerum. Illa scribendi ratio non solum in adverbiis ut *Ἀθήνησι* et nominibus nititur codicum (ut VI. 2. Vat.) et grammaticorum (v. Etym. M. p. 25, 13., de nominibus idem aliter p. 166, 30.) auctoritate, sed etiam inscriptionum; v. Boeckhii Corp. inscr. I. p. 40. 109. 439. 569. 884. Idem esse in epicorum coniunctivorum tertia persona *λάβησι* pro *λάβῃσι* arbitror, quanquam id inscriptionum fide comprobare nondum contigit.

V. 61. *μέμβλεται*] M2. *μέλλεται*, VI. *μέμηλετ'*.

V. 58. 59. Hi versus paene totidem verbis leguntur apud Hom. Od. X, 469 seq. XIX, 152 sq. XXIV, 141 sq., ut monuit Wolfius. Sed illud sane per mihi mirum videtur de Graecis usurpatum, quod idem adiecit Wolf.: annus decem mensium est. Hoc satis notum. V. tamen Gell. III, 16. Male Schol.: *ὑποδιαίρεσιν ἐνταῦθα τοῦ χρόνου πεποίηκε καὶ ἄρχεται ἀκολούθως ἀπὸ τοῦ γένους. λέγω δὴ τοῦ ἐνιαυτοῦ· εἶτα εἰς τὸ καθέκαστον καὶ τὸ εἶδος· ἀπὸ γὰρ τῶν ὡρῶν αἱ ἡμέραι συνίστανται, ἀπὸ δὲ ἡμερῶν οἱ μῆνες, ἀπὸ δὲ μηνῶν οἱ ἐνιαυτοί.* Nam Ὧραι sunt tres anni tempestates; quod *περὶ δ' ἔτραπον ὧραι* dicit poeta, pertinet illud ad annum tropicum.

V. 60. *κοῦρας*] De Dorica correptione ultimae syllabae satis illa frequenti apud Hesiodum cf. quae diximus in praefatione.

V. 61. *μέμβλεται*] Perfectum esse pro *μεμέληται*, ut iubent grammatici (v. Buttm. Gr. ub. II. p. 188.), admodum dubium est. Nam exemplorum, quae in hanc correptionem eius *η* in perfecto passivi proferuntur, unum est *ἀρήρεμαι*, Atticae duplicationis, cuius hoc fere proprium est, ut secundam syllabam producat, tertiam corripiat; alterum *μέμνεαι*, quod nescio an aeque bene *μέμνηαι* scribi possit, per synizesin proferendum, ut Hesiodeum *βούληαι* (nam *αι* diphthongus non habetur longa pronuntiando); tertium denique *μέμνεο*, quod non est epicorum poetarum.

τυτθὸν ἀπ' ἀκροτάτης κορυφῆς νιφόεντος Ὀλύμπου,
ἔνθα σφιν λιπαροί τε χοροὶ καὶ δώματα καλά.
[πὰρ δ' αὐτῇς Χάριτές τε καὶ Ἵμερος οἰκί' ἔχουσιν,
ἐν θαλίῃς· ἐρατὴν δὲ διὰ στόματ' ὄσσαν ἱεῖσαι
μέλπονται πάντων τε νόμους καὶ ἤθεα κεδνὰ
ἀθανάτων κλείουσιν, ἐπήρατον ὄσσαν ἱεῖσαι.]
αἳ τότ' ἴσαν πρὸς Ὄλυμπον ἀγαλλόμεναι ὀπὶ καλῇ,
ἀμβροσίῃ μολπῇ· περὶ δ' ἴαχε γαῖα μέλαινα
ὑμνεύσαις, ἐρατὸς δὲ ποδῶν ὕπο δοῦπος ὀρώρει,
νισσομένων πατέρ' εἰς ὅν· ὁ δ' οὐρανῷ ἐμβασιλεύει,

V. 63—67. Hos versus uncis incluserat Wolfius, sed facti postea eum poenituit.
V. 64. *Χάριτές τε*] Sic Schol. Pind. Ol. IX, 39. Ceteri sine *τε*.
V. 65. *στόματ'*] Sic Taur. Ceteri *στόμα*, quod probavit Hermannus.
V. 66. *νόμους*] V2. *νομούς*. Versus 66. 67. desunt in Ml. Par. Vat. propter *ἱεῖσαι*.
V. 67. *κλείουσιν*] Taur. *κλείουσαι*.
V. 71. *νισσομένων*] V2. Ml. Par. *νισομ*. Vulgo *νεισσομ*.

Pro praesenti habendum esse *μέμβλεται* Hesychiano *μέμβλεσθαι* evincitur, cuius me admonuit Hermannus Opusc. l. l. p. 157.

V. 62. Nempe hoc dicitur propter Pieriam, in qua natae sunt Musae. Ab hoc autem prorsus absonum est quod v. 64—67. de Gratiis et Himero adiicitur, qui non ad Pieriam, sed ad Heliconem pertinent (v. Müller. Orchom. p. 177 seq.). Quare abiudicandos esse Hesiodo hos versus puto, utpote ab recentiore quodam poeta adiectos, qui Boeotis indulgere volebat.

V. 65. *ἐν θαλίῃς*] Haec coniunxit Wolfius cum sequentibus, omissa post *θαλίῃς* positura. Sed ita *δέ* ineptum locum habet (v. Herm. ad Orph. p. 820.); ineptius vero illud esse videtur, quod Gratiae et Cupido festis diebus cantant. Igitur retinenda antiqua distinctio est atque ita explicandus locus, ut *ἐν θαλίῃς* sit adiunctis etiam in eorum honorem festis, nempe Charitesiis, quae Orchomeni celebrabantur.

V. 66. 67. *πάντων τε νόμους καὶ ἤθεα κεδνὰ ἀθανάτων κλείουσιν*] est doctrina physiologiae (*πάντων νόμοι*) et naturae deorum (*ἤθεα ἀθανάτων*); atque bipartita omnis est theogonia Graecorum. V. Plat. de legg. X, 2. p. 886: *εἰσὶν ἡμῖν ἐν γράμμασι λόγοι κείμενοι, οἳ παρ' ὑμῖν οὐκ εἰσὶ δι' ἀρετὴν πολιτείας, ὡς ἐγὼ μανθάνω, οἱ μὲν ἔν τισι μέτροις, οἱ δὲ καὶ ἄνευ μέτρων, λέγοντες περὶ θεῶν, οἱ μὲν παλαιότατοι, ὡς γέγονεν ἡ πρώτη φύσις οὐρανοῦ τῶν τε ἄλλων, προϊόντες δὲ τῆς ἀρχῆς οὐ πολὺ θεογονίαν διεξέρχονται, γενόμενοί τε ὡς πρὸς ἀλλήλους ὡμίλησαν.* Quod quum considero, versum 67. propter *ἤθεα*, coniungenda cum *ἀθανάτων*, prorsus necessarium esse putaverim neque alius prooemii fragmentum; nam quod Wolf. ad Il. VI, 511. protulit:

αὐτὸς ἔχων βροντὴν ἠδ' αἰθαλόεντα κεραυνόν,
κάρτεϊ νικήσας πατέρα Κρόνον. εὖ δὲ ἕκαστα
ἀθανάτοις διέταξεν ὁμῶς καὶ ἐπέφραδε τιμάς.
ταῦτ' ἄρα Μοῦσαι ἄειδον Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
ἐννέα θυγατέρες μεγάλου Διὸς ἐκγεγαυῖαι,
Κλειώ τ' Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε Μελπομένη τε,
Τερψιχόρη τ' Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ' Οὐρανίη τε,
Καλλιόπη θ'· ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.
ἣ γὰρ καὶ βασιλεῦσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.
ὅντινα τιμήσωσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,

Cf. Oper. 237. Pro *οὐρανῷ* Taur. *οὐρανόν*. Pro *ἐμβασιλεύει* A. *ἐμβασίλευεν*.

V. 72. Ml. *ἐθαλ.*, antea *αὐτόν* Vl.

V. 74. Ml., *ὁμῶς*. Bar. *ἀθανάτων — ἐπέφρασδε δέ*. Theoph. ad Aut. II. p. 83. Sylb. *πέφραδε*.

V. 79. *ἣ δὲ*] Herm. praef. hymn. p. XV. *ἦτε*, quod recepit L. Dind., qui postea tamen malebat *ἣ δή*. *ἧδε* A. Vl. et *ἁπασάων*. Porro Ml. *ἐστι*. Diod. IV, 7. *ἣ σφεων προφερεστάτη*.

V. 81. *τιμήσουσι* Ml. Sed supra scriptum ultimae syllabae *αι*.

*μετὰ δ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων*; alius est generis. Ingrata quidem, ne dicam inepta, est illa repetitio *ἐρατὴν δὲ διὰ στόματ' ὄσσαν ἱεῖσαι* et *ἐπήρατον ὄσσαν ἱεῖσαι*, nec tolerabilis ut Homerica Il. XXII, 126. 127. Callim. Lavacr. Pall. 72 — 74. *Νόμος* vocabulum Homero ignotum.

V. 68. *αἳ τότ' ἴσαν*] Schol.: *ἐπεσημήνατο ταῦτα ὁ Ἀριστοφάνης· νῦν περὶ τῆς ἀνόδου φησὶν αὐτῶν εἰς τὸν Ὄλυμπον. πρότερον γὰρ ἦν λόγος αὐτῷ περὶ τῆς ἐν τόπῳ αὐτῶν χορείας*. Recte ex Pieria, ubi commodum (*τότε*) natae erant, profectae Olympum ascenderunt, ut Olympicorum deorum coetus se reciperet. Sic Apollo Deli natus in Olympum proficiscitur (Hom. hymn. Apoll. I, 186.).

V. 74. *ἐπέφραδε τιμάς*] Cf. v. 112: *καὶ ὡς τιμὰς διέλοντο*. Herod. II, 53: *οὗτοι δὲ (Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος) εἰσὶν οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες καὶ εἴδεα [ἤθεα] αὐτῶν σημήναντες*. Quae hic dicuntur *τιμαί*, *γέρα* audiunt Theog. 393., Aeschyl. Prom. 38. et alibi. Ceterum *ἐπέφραδε* hic esse aoristum *ἐπιφράζω* verbi, patet ex loci sententia, quae Iovem adtribuisse honores (*ἐπὶ τῇ διατάξει ἔφρασεν*) requirit. *Ἐπιφράζω* legitur etiam apud Herodot. I, 179: *Δεῖ δή με πρὸς τούτοισι ἐπιφράσαι*.

V. 76. *ἐννέα θυγατέρες*] Melius fortasse post *θυγατέρες* distinxeris, ut *θυγατέρες* sit pro novem virginibus sororibus. [An *ἐννέα, θυγατέρες . . . ἐκγεγαυῖαι*, ut Il. V, 247. F. I.]

V. 79. Schol.: *Ἀρίσταρχος τὸ προφερεστάτη ἀντὶ τοῦ πρεσβυτάτη ἤκουσεν, ὥστε ἄδηλον, πότερον τῇ τιμῇ ἢ τῷ χρόνῳ προφερεστάτη· οἱ δὲ ἐντιμοτάτη*.

V. 80. *βασιλεῦσιν — ὀπηδεῖ*] Calliope est heroicae poesis Musa. V. Plut. Conv. disp. IX, 14, 7. Qui sequuntur versus 81 — 95., alius esse videntur re-

γεινόμενόν τ' ἐςίδωσι διοτρεφέων βασιλήων,
τῷ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χείουσιν ἐέρσην,
τοῦ δ' ἔπε' ἐκ στόματος ῥεῖ μείλιχα· οἱ δέ νυ λαοὶ
πάντες ἐς αὐτὸν ὁρῶσι διακρίνοντα θέμιστας
ἰθείῃσι δίκῃσιν· ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύων
αἶψά τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισταμένως κατέπαυσε·
τοὔνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, οὕνεκα λαοῖς
βλαπτομένοις ἀγορῆφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι
ῥηϊδίως, μαλακοῖσι παραιφάμενοι ἐπέεσσιν.
ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὣς ἱλάσκονται
αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισι·
οἵά τε Μουσάων ἱερὴ δόσις ἀνθρώποισιν.

V. 82. *ἐπίδωσι* Par., Stob. XLVIII, 12. *τε ἴδωσι.*
V. 83. *προχέουσιν* Stob., Them. *χεύουσιν.* *ἐέρσην*] Sic Bar. Taur. Vat. Schol. Sed V1. 2. M2. *ἀοιδήν.*
V. 84. *οἱ δέ τε λαοὶ* Themist. IX. p. 122.
V. 86. *ἰθείῃσι*] Taur. marg. *τηθείῃσι. ἀτρεκέως ἀγ.* Aristides.
V. 90. *ἔπεσσιν* M1.
V. 91. *ἐρχόμενοι* V1. *θεὸν ὣς*] V2. *θεόν θ' ὥς.* Pro *ἀνὰ ἄστυ* Schol. et Schol. Ven. ad Il. XXIV, 1. *ἀν' ἀγῶνα*, quod receptum est a Boiss., scripto *Μουσέων.*
V. 93. *οἵά τε*] Sic R. Vat. M2. 3. V1. Par., nisi quod *οἷα τε* pronuntiant. V2. *οἵά τοι*, Med. 1. *οἵά τε*, M. *οἷα τοι.* *Τοίη Μουσάων* Guiet., Wintert. et Lennep. ex coniectura, quam receperunt Gaisf. et Dind.

censionis, quum nexu cum versu 80. prorsus careant. Nam v. 79 seq. de sola Calliope dicitur, v. 81 sq. de iunctis Musis. Calliope igitur quum sequi reges dicitur, nihil aliud significatur quam facta regum non sileri a posteritate. Cui deinceps sententia annectitur longe diversa de eloquentia, quam regibus a se dilectis Musae praebeant. Quare non possum cum Hermanno facere Opusc. l. l. p. 158.

V. 86. *ἰθείῃσι δίκῃσιν*] Sic Tyrtaeus fragm. III. p. 439. Gaisf.: *ἔπειτα δὲ δημότας ἄνδρας εὐθείαις ῥήτραις ἀνταπαμειβομένους.* Contrarium legitur in rhetra Lacedaemonia ap. Plut. Lycurg. 6: *αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος αἱροῖτο.* Cf. nostrum Op. 221. 226. 250. 264. Ceterum notandum anacoluthon est, quo *τὲ* usurpatur (*αἶψά τε*) praegresso participio *ἀγορεύων* (pro *ἀγορεύει*). Sic enim recte hunc locum intellexit Hermannus Opusc. l. l. p. 159. Ego olim *αἶψά τε καὶ ἐπισταμένως* coniungebam, id ut significaret illico (i. e. non protracta in longum tempus lite) et tamen sapienter. Nunc autem intelligo sic *μέγα νεῖκος* praeter morem interiectum esse, quum *καὶ μέγα νεῖκος* secundum Hermannum sit: litem quamvis gravem.

V. 88. *τοὔνεκα*] Haec est crasis Ionica ex *τοῦ ἕνεκα*; Attica si esset, *θοὔνεκα* scriptum esset, ut in *τὸ ἱμάτιον θοἰμάτιον, πρὸ ὁδοῦ φροῦδος, προοίμιον φροίμιον* (cf. prohoemium ap. Frontonem p. 276. A. Maii). V. Oper. 559. Lobeck. Aglaoph. p. 407. non habet pro crasi, sed

ἐκ γὰρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθόνα καὶ κιθαρισταί·
ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ὁ δ' ὄλβιος ὅντινα Μοῦσαι
φίλωνται· γλυκερή οἱ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή.
εἰ γάρ τις καὶ πένθος ἔχων νεοκηδέϊ θυμῷ
ἄζηται κραδίην ἀκαχήμενος, αὐτὰρ ἀοιδὸς
Μουσάων θεράπων κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων
ὑμνήσῃ, μάκαράς τε θεοὺς, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
αἶψ' ὅγε δυςφρονέων ἐπιλήθεται, οὐδέ τι κηδέων
μέμνηται· ταχέως δὲ παρέτραπε δῶρα θεάων.
Χαίρετε, τέκνα Διός, δότε δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.
[κλείετε δ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων,

V. 94. Deest in V1. — ἐκ γὰρ Μουσάων] Bar. Taur. M1. 2. P2. Rh. Schol. Pind. ἐκ γάρ τοι Μουσάων. Recepit hoc Boiss. scribens Μουσέων.

V. 95. ἐπὶ χθόνα] Guiet. et Herm. praef. hymn. p. XIX., ut in hymn. Homer., χθονί. Sic Schol. Ven. ad Il. I, 176.; Cornutus et Eudocia ap. Villois. Anecd. p. 9. ἐπιχθόνιοι βασιλῆες.

V. 97. φίλωνται] Taur. Rh. Vat. M1. 4. φιλῶνται, ceteri φιλεῦνται; φίλωνται, quod habent M2. (sed correctum in m. φιλῶνται) M3. V1., suaserat Herm. l. l. p. 174. et post eum Voss. ad hymn. Cer. 117. — Pro ῥέει V1. Bar. ῥέεν.

V. 99. ἀκαχημένος M2. Vid. Allg. Lehre v. Acc. p. 67.

V. 101. ὑμνήσῃ] V2. Taur. ὑμνήσει.

V. 102. αἶψ δ' ὅ δυςφρ. (sic) V1., αἶψα δ' ὅ. Par.

οὕνεκα pro relativo, τούνεκα pro demonstrativo.

V. 92. Lennepius (ad Col. p. 50.) ex Odyss. VIII, 173 seq. versum 92. statim post versum 86. collocari et pro ἀγορεύων ex Homero ἀγορεύει legi iussit.

V. 93. Plurali οἷά τε usus est Hesiodus propter μεταπρέπει, ἱλάσκονται cet., quae omnia sunt dona Musarum. Sic Hom. Od. XV, 323: δαιτρεῦσαί τε καὶ ὀπτῆσαι καὶ οἰνοχοῆσαι· οἷά τε τοῖς ἀγαθοῖσι παραδρώωσι χέρηες. Neque quod hic loci sequitur ἱερὴ δόσις abhorret ab antiquo epicorum more. Cf. Od. XIV, 62 seq.: καὶ κτῆσιν ὄπασσεν, οἷά τε ᾧ οἰκῆϊ ἄναξ εὔθυμος ἔδωκεν. V. Scut. 400. Cf. Oper. 322: οἷά τε πολλά, et Op. 37: ἄλλα τε πολλά.

V. 95. ἐπὶ χθόνα] Cf. 187. et Op. 11. 124. De hoc ἐπί praepositionis cum accusativo coniunctae usu v. Schaef. ad Long. p. 427.

V. 99. ἄζηται] Hic usus verbi ἄζομαι non reperitur nisi apud Hesiodum.

V. 100. κλεῖα] Male quidam derivare solent a nominativo κλεῖος, qui nusquam reperitur, neque, si reperiretur, κλεῖα, sed κλείεα pluralem haberet; contractum potius est ex κλέεα a κλέος ad normam contractionum αἰδεῖαι, μυθεῖαι, νεῖαι. Vid. Buttm. Gr. I. p. 199.

V. 102. δυςφρονέων ἐπιλήθεται] Cf. Matth. Gr. §. 549, 6.

V. 104. χαίρετε—ἀοιδήν] Hom. hymn. XXV, 6: χαίρετε, τέκνα Διός, καὶ ἐμὴν τιμήσατ' ἀοιδήν. Atque hoc versu neces-

οἳ γῆς ἐξεγένοντο καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
νυκτός τε δνοφερῆς, οὓς θ' ἁλμυρὸς ἔτρεφε πόντος.
εἴπατε δ', ὡς ταπρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γένοντο,
καὶ ποταμοὶ καὶ πόντος ἀπείριτος, οἴδματι θύων,
ἄστρα τε λαμπετόωντα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοί, δωτῆρες ἐάων,
ὥς τ' ἄφενος δάσσαντο καὶ ὡς τιμὰς διέλοντο,
ἠδὲ καὶ ὡς ταπρῶτα πολύπτυχον ἔσχον Ὄλυμπον.

V. 107. *νυκτός τε*] Sic Taur. Vat. Gaisf. Dind. *Νυκτὸς δὲ* V2. Par. 1. Vulgo *Νυκτὸς καί*. Ritschl. sched. crit. p. 34. hos versus ita traiiciendos: 104. 108, 109. 110. 105. 106. 107., versum 111., qui deest apud Origen., eiiciendum esse putat. — *οὓς θ'*] It. *οὓς δ'*. Ap. Theoph. ad Aut. II. p. 83. *θ'* deest.

V. 109. *οἴδματα* It.

V. 114. 115. Ruhnkenio teste in cod. Par. hoc scholium appictum est: *δύο ἔπη ὁ Σέλευκος [ὁ Ἀλεξανδρεὺς] ἀθετεῖ, οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον τὸ ἐξ ἀρχῆς μόνον λέγουσιν.* — Pro *ἔσπετε* Med. 1. Par. *ἕσπετε*. — *εἴποθ'* A.

V. 116. *Ἦτοι*] Non legebatur apud antiquos philosophos, qui pro eo *πάντων* habent. Cf. Aristot. Phys. IV, 1: *δόξειε δ' ἂν καὶ Ἡσίοδος ὀρθῶς λέγειν ποιήσας πρῶτον τὸ Χάος· λέγει γοῦν· πάντων μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα Γαῖ' εὐρύστερνος.* Additum est *ἤτοι* ab auctoribus prooemii.

V. 118. Hic versus quum recurrat v. 794., spurius esse videbatur Guieto et Wolfio. Non invenitur apud Sextum Emp. Ph. III, 16. Math. IX. p. 550. et damnatur a Scholiasta Hesiodi: *ὅθεν ὁ ἐπαγόμενος στίχος ἀθετεῖται*; Cornutus tamen de N. D.

sario concluditur prooemium theogoniae; versus 105—115. adiecti postea sunt a sciolo quodam eoque ineptissimo poeta. Inprimis autem v. 108. adversatur ordini cosmogoniae Hesiodiae. Nam chaos et terra ante deos natos exstiterant, quapropter exspectavisses saltem v. 108: *τὰ πρῶτα χάος καὶ γαῖα γένοντο*; illud autem *τὰ πρῶτα θεοί* omni probabili sententia caret.

V. 112. *ἄφενος*] Origenes philos. ap. Gron. Thes. X. p. 290: *ὡς στέφανον δάσαντο*. Videtur scripsisse *ὥς τ' ἄφενον*, ut Op. 24. *Ἄφενος* est mundus ipse ex chao exortus, divisus ille in tres partes, occupatas a Iove, Neptuno, Plutone; *τιμαί* vero sunt magistratus divini.

V. 116. *Χάος*] Praebuit hoc Chaos (spatium secundum Aristotelem ap. Iustin. Arist. dogm. eras. p. 131. Sylb. et Varronem de ling. L. V, 19. 20. V. Lobeck. Aglaoph. p. 472.) largam antiquis sapientibus philosophandi materiem. Cf. Achill. T. in Arati Phaen. p. 123. ed. Pet.: *Θαλῆς ὁ Μιλήσιος καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος (ἐν Θεολογίᾳ,* quo vocabulo primus is usus esse videtur, v. Apollon. de pron. p. 82.) *ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ ὕδωρ ὑφιστῶσιν· ὃ δὴ καὶ χάος καλεῖ ὁ Φερεκύδης, ὡς εἰκὸς τοῦτο ἐκλεξάμενος παρὰ τοῦ Ἡσιόδου, παρὰ τὸ χεῖσθαι ὑπολαμβάνει τὸ χάος ὠνομάσθαι.* Cf. Schol. Hesiodi ad h. l. et Diog. L. vit. Epicur. init.; Sturzii Pherec. p. 39. 45. Orph. Arg. v. 423. 425. Aristoph. Av. 118. Schol.:

ταῦτά μοι ἔσπετε Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι
ἐξ ἀρχῆς, καὶ εἴπαθ' ὅ τι πρῶτον γένετ' αὐτῶν.]
Ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
[ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,]
Τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης,
ἠδ' Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
λυσιμελής, πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων

c. 17. et Theophilus eum agnoscunt; Boissonadus expunxit. Porro v. 118. 119. non leguntur ap. Aristot. Metaph. I, 4. et de Xenoph. c. 1., Platonem Symp. c. 6. Quare utrumque obelo confodit Heynius Comm. soc. Gott. II. 1799. p. 138.

V. 119. Versum, in quo Tartarus primordiis illis adnumeratur, si non ab interpolatore, certe ab Hesiodo additum esse [antiquissimae mythologiae] veri simillimum est. HERM. de myth. Graec. antiquissima, p. V. Eiusd. epist. de nat. myth. ad Creuz. p. 76. Neque hunc versum legisse videtur Orpheus Argon. 423., qui tamen omnino aliam cosmogoniam secutus est. Ex Aristoph. Avv. 693. concludere quis possit hunc poetam cognosse versum. Sed v. animadvers. — Pro ἠερόεντα Origenes ἠνεμόεντα, Cornutus εὐρυόδοντα: μυχόν Cornutus. V. Muetzell. p. 400.

V. 120. ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισιν Aristot. Phys. IV, 1. Metaph. I, 4. Sed hoc videtur memoria sublectum ex hymn. Hom. Apoll. 327.

V. 121. Par. sine τ', Hermannus: λυσιμελὴς πάντων τε θεῶν — δαμνᾷ τ' ἐν, ut λυσιμελής sit λύων μέλη.

χάος λέγει τὸν κεχυμένον ἀέρα, καὶ γὰρ Ζηνόδοτος (οὕτως) φησί. Βακχυλίδης δὲ χάος τὸν ἀέρα ὠνόμασε, λέγων περὶ τοῦ ἀετοῦ· νωμᾶται δ' ἐν ἀτρυγέτῳ χάει.

V. 117. εὐρύστερνος] V. Herm. ep. ad Creuz. p. 75.

V. 118. Non adeo ineptus esset hic versus, dummodo versus 117. positura distingueretur a v. 118. Sensus: πρώτιστα πάντων τῶν ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου, ἐγένετο Χάος, ἔπειτα Γαῖα εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί. Ne quis inde concluderet Chaos fuisse numinum Olympicorum unum, verendum non erat, nam nihil nisi hoc poeta voluit: ante omnes deos, Olympi incolas, Chaos fuit ac Terra. Male tamen habet αὐτὰρ ἔπειτα interpositum. Prorsus aliter Creuzerus epist. c. Herm. myth. p. 154., refutatus ab Hermanno libello de natura myth. p. 76.

V. 119. Τάρταρα ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς] sunt chaus partes eae, quae latent in interiore telluris parte (cf. v. 700. 841.), causae illae terrae motuum, unde patet eiusdem esse Τάρταρα originis ac verbum ταράσσειν, facta primae syllabae duplicatione, ut in vocabulis πορφύρεος (πυρπύρεος), καρχαρόδων et sim. Pausan. Boeot. 27: Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐσποιήσαντα οἶδα γράψαντα, ὡς Χάος πρῶτον, ἐπὶ δὲ αὐτῷ Γῆ τε καὶ Τάρταρος καὶ Ἔρως γένοιτο. Cf. Plut. de Is. et Os. 57.

V. 120. Ἔρος] Fuerunt qui

δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
ἐκ Χάεος δ' Ἔρεβός τε μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο·
Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη ἐξεγένοντο,
οὓς τέκε κυσαμένη, Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα.
Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ
Οὐρανὸν ἀστερόενθ', ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι,
ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί·
γείνατο δ' Οὔρεα μακρά, θεῶν χαρίεντας ἐναύλους,

V. 122. *ἐχέφρονα β.* Corn.
V. 123. *Χάους* Ml.
V. 125. deest apud Orig.
V. 126. *ἑαυτῇ* Ml. 2.
V. 127. *ἀστερόεντα, ἵνα — καλύπτῃ* Ml., *καλύπτῃ* etiam Vl. Rh.
V. 130. *νυμφάων* M2. et Theophilus ex Hom. Il. XXIV, 616.
V. 131. *ἠδὲ καὶ* Ml. Rh. Hermannus. Sed quum opponantur Coelum et Montes Ponto et Oceano, quorum illi eiusdem materiei sint quam Terra ipsa, non item Pontus et Oceanus, nolui mutare antiquam scripturam.
V. 133. *τέκεν* Ml. Rh.
V. 134. *Κρῖον*] Vulgo *Κρεῖον*. V. animadvers. ad v. 375.

ignem intelligerent, ut notant scholia. Videtur hoc ad Acusilaum pertinere. De Amore deo antiquissimo v. Plat. Symp. p. 178. B. Aliter Parmenides ap. Plutarch. Amat. 13: *πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.*

V. 125. *κυσαμένη*] V. annot. ad v. 308.

V. 126. *ἶσον ἑαυτῇ*] Schol. ad Soph. El. 86: *Καὶ τοῖς φιλοσόφοις ἴσος δοκεῖ εἶναι κατὰ ἀνάλυσιν ὁ ἀὴρ τῇ γῇ· συνέστραπται γὰρ ἡ γῆ· εἰ δὲ διαλυθείη, ἰσωθήσεται αὐτῷ· οὕτως ἔχει καὶ τὸ Ἡσιόδειον· γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ Οὐρανόν.* Sed non sermo est de aëre, verum de Coeli extensione et materie, terrae simili. Nempe ex metallo erat Coelum (cf. Il. V, 504. Od. XV, 328. Pind. P. X, 25. N. VI, 4. (*ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰὲν ἕδος μένει οὐρανός*); minime enim persuadet Völcker. de Homer. geogr. p. 5.), metalla autem sunt nervi terrae. Sic v. 161: *αἶψα δὲ ποιήσασα γένος πολιοῦ ἀδάμαντος.* Ad similem terrae extensionem ac formam pertinet ilud *ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι*, ad materiam *ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.* Scholia ad h. l.: *κέντρον ἡ γῆ· αἴτιον δὲ σφαίρας τὸ κέντρον· διὸ γεννᾷ ἡ γῆ τὸν οὐρανόν. Ἀλλ' ὁ Κράτης ἀπορεῖ λέγων· εἰ γὰρ ἶσον, πῶς δύναται καλύπτειν; λέγει οὖν ἶσον, ὅμοιον τῷ σχήματι, σφαιροειδῆ, τῷ μεγέθει δὲ ἀπειροπλάσιον. Δίδυμος δὲ τὸ ἶσον ἑαυτῇ* (sic igitur et Didymus) *κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ἤγουν ὅτι καὶ αὐτὸς ὥσπερ αὐτὴ ἐγεννήθη.* Pro *ἑαυτῇ* antiquior poeta dixisset *ἑοῖ* vel *οἱ αὐτῇ*. V. annot. ad v. 470. et Lehrs. Quaest. Ep. p. 114. Itaque Hermannus scribendum esse censet: *Γαῖα δέ οἱ πρῶτον μὲν ἐγείνατο πάντοσε ἶσον*, quo propius accederet ad lectionem codicum quod Muetzellius proposuit p. 406., dummodo scribatur *Γαῖα δέ οἱ πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἁπάντῃ* (ut Theog. 524.).

[*Νυμφέων, αἳ ναίουσιν ἀν' οὔρεα βησσήεντα.*]
*ἣ δὲ καὶ ἀτρύγετον πέλαγος τέκεν, οἴδματι θῦον,*
*Πόντον, ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου· αὐτὰρ ἔπειτα*
*Οὐρανῷ εὐνηθεῖσα τέκ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,*
*Κοῖόν τε Κρῖόν θ', Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε,*
*Θείην τε Ῥεῖάν τε, Θέμιν τε Μνημοσύνην τε,*
*Φοίβην τε χρυσοστέφανον Τηθύν τ' ἐρατεινήν.*
*τοὺς δὲ μέθ' ὁπλότατος γένετο Κρόνος ἀγκυλομήτης,*

V. 135. *Θείην τε Ῥεῖάν τε*] *Θείαν τε Ῥεῖαν* Ml. Vulgo *Θεῖαν* (sic etiam Etym. M. p. 449.) et *Ῥείαν*. Sed *Θείην* scribendum esse evincit scriptura Ml. Cf. v. 371. Recte hoc vidit L. Dind., sed perperam addidit scribendum esse *Ῥείην*: intercedit enim v. 453. *Ῥεῖαν* legitur etiam in Vl. *Ῥείη* est epicorum recentiorum, ut Callimachi, Nonni (Dion. XIV, 280.). Pro *Ῥείη* Il. XV, 187. recte nunc legitur *τέκετο Ῥέα* ap. Spitzn., quanquam vereor, ne *Ῥέη* scribendum sit. V. Theog. 467. Uberius meam de *Θεία* et *Ῥεῖα* sententiam exposui in Allgem. Lehre v. Accent d. gr. Spr. p. 131. Hoc autem addiderim, prorsus contra analogiam *Ῥέα* componi a Muetzellio (p. 141.) cum *θεά*, a quo et accentu et forma differt.

Sed quum notio materiae, ex qua Coelum et Montes conformati sunt, abesse omnino non possit, putaverim scriptum esse *ἴσά οἱ αὐτῇ*, id ut de Coelo et Montibus intelligatur. Patet igitur ab eis mutatum esse versum, qui de solo Coelo intelligerent.

V. 130. Hic versus additus esse videtur a recentiore quodam, qui *θεῶν* illud explicare conabatur ex Hom. Il. XXIV, 615. 616. Nam quid illa sibi volunt addita: *αἳ ναίουσιν ἀν' οὔρεα βησσήεντα* post verba *θεῶν χαρίεντας ἐναύλους*? In montibus (nisi omnino praestat Olympum intelligere) templa erant deorum constituta; hoc significant illa *θεῶν χαρίεντας ἐναύλους*. Hermannus vero Opusc. VI. p. 162. de Oreadibus dictum esse censet ab aliquo poeta, qui versum addiderit scripto fortasse *θεᾶν* v. 129. Mihi serius additamentum propterea esse videtur, quod satis incommode repetitur *οὔρεα* in utroque versu. —

V. 132. Pontum, a Terra sine coniuge editum, esse salsum mare, Oceanum vero fluminum fontem dixit O. Muellerus Prolegg. Myth. p. 379., cuius haud immemor fuit Hermannus l. l.

V. 134. Etym. M. v. *Κοῖος* p. 523, 50: *Κοῖος ὁ πατὴρ Λητοῦς· παρὰ τὸ κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν καὶ συνιέναι· ὅ ἐστι συνετός. Κοῖόν τε Κρεῖόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε: — οἱ Αἰολεῖς τῷ κ ἀντὶ τοῦ π κέχρηνται. οὗτοι δὲ Τιτᾶνες καὶ Τιτανίδες καλοῦνται, ὡς Ἀκουσίλαος· ἀλληγορίᾳ δέ, Κοῖον τὴν ποιότητα, Κρεῖον δὲ τὴν κρίσιν, Ὑπερίονα κουφότητα, τὸν δὲ Ἰαπετὸν βαρύτητα. Ἡσίοδος ἐν θεογονίᾳ.* p. 539: *Κρῖος, ὄνομα Τιτᾶνος. παρὰ τὸ κεκρίσθαι. προπερισπᾶται πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κριὸς τοῦ προσηγορικοῦ. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ τὸ κύριον ὀξύνει.* V. Lehrs. de Aristarchi stud. Hom. p. 296. et quae nos diximus in Allgem. Lehre v. Accent. p. 170.

V. 136. Apollod. I, 1. septimam addit Dionam, quae Ocea-

δεινότατος παίδων· θαλερὸν δ' ἤχθηρε τοκῆα.
γείνατο δ' αὖ Κύκλωπας ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας,
Βρόντην τε Στερόπην τε καὶ Ἄργην ὀμβριμόθυμον,
[οἳ Ζηνὶ βροντήν τ' ἔδοσαν τεῦξάν τε κεραυνόν.]
οἱ δ' ἤτοι τὰ μὲν ἄλλα θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν,
μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ.
[οἵδ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες·

V. 139. ἦτορ] Ml. P2. ὕβριν.

V. 140. Στερόπην] Ἀστερόπην V2. Taur. Bar. — ὀμβριμόθυμον] Sic Vat. Taur. Ml. 2. 3. Vulgo ὀβρ.

V. 141. P2. κεραυνούς. Ceterum hic versus subditicius videtur.

V. 142. οἱ δ' ἤτοι] Sic scripsi ex Ml. P2. cum Herm. hymn. Ven. 226. pro οἳ δή τοι. Scholiasta ad h. l. ita: Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται· οἱ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες. Πῶς γὰρ τοὺς αὐτοὺς θεαῖς ἐναλιγκίους λέγει, καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκιππιδῶν καταλόγῳ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ; Mirum hoc esset exemplum commenti alicuius grammatici, si ipse Crates hunc versum composuit, ut labi Hesiodiae succurreret. Verum talia ausum esse Crateteum iecur propter catalogum feminarum nemo facile mihi persuadeat. Imo vero alius est hic versus antiquae recensionis, pertinens ad v. 144. 145.; alius et quidem antiquioris sunt v. 142. 143. Debebant igitur ii, qui versus 144. 145. in textum recepere, etiam illum inferre, qui arctissime cum iis cohaeret. Ipsum Hesiodum duodecim illos filios filiasque secernere voluisse ab iis, qui v. 139. memorantur, satis indicatum est v. 137: τοὺς δὲ μέθ' ὁπλότατος γένετο Κρόνος ἀγκυλομήτης. — ἐναλίγκιοι] Vat. Ml. ἐναλίγκιον.

V. 143. L. Dind. ὀφθαλμὸς δὲ ἕεις μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ, quod apud Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 18, 29. ita legitur: ἀνα-

nidum una est Hesiodo Theog. 353. Clemens Homil. VI, 2. p. 664. Tom. II. patrum apostolicorum ed. Cotelerii, pro Phoebe habet Cererem: οὔτε γὰρ ἀπ' Οὐρανοῦ καὶ τῆς μητέρος αὐτοῦ Γῆς γεγόνασι παῖδες δώδεκα, ὡς ὁ μῦθος καταριθμεῖ, ἄῤῥενες μὲν Ὠκεανός, Κοῖος, Κριός, Ὑπερίων, Ἰαπετός, Κρόνος· θήλειαι δὲ Θεά (scr. Θεία), Θέμις, Μνημοσύνη, Δημήτηρ, Τηθύς, Ῥέα. Ab Stephano B. v. Ἄδανα adduntur Adanus, Andes, Ostasus et Olymbrus, in quo hoc mirum, quod Ἄνδας a Tyrrhenis (Pelasgis) dicitur septentrio. V. Hesych. s. v.

V. 138. θαλερὸν] Ἀρίσταρχος ἐπιλαμβάνει ὡς οὐ καλῶς τοῦ πρεσβυτέρου Οὐρανοῦ θαλεροῦ εἰρημένου· εἰ μὴ ὡς μαλερὸν πῦρ μαραντικὸν λέγει καὶ χλωρὸν δέος τὸ χλωρὸν ποιοῦν (sic lege pro ποιόν), οὕτως θαλερὸς οὐρανὸς ὁ θαλεροποιὸς τῷ βίῳ· δια γὰρ τῆς ὀμβρήσεως θάλλειν πάντα καὶ αὔξεσθαι ποιεῖ. SCHOL. Ruhnkenius totum versum, probante Heynio, obelo confodi iussit. Secuti sunt Wolf., Gaisf., Dind. Sed non adeo absurdum hoc epitheton mihi videtur, imo aptissimum deo, qui sex filios totidemque filias procreavit, inditum illud propter insignem vim genitalem.

V. 140. Arges, qui hic dicitur, Nonno Dion. XXVIII, 174. est Ἀργίλιπος. — ὀμβριμόθυμον] Hanc veriorem esse for-

Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων
κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ·]
ἰσχύς τ' ἠδὲ βίη καὶ μηχαναὶ ἦσαν ἐπ' ἔργοις.
ἄλλοι δ' αὖ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο
τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὄμβριμοι, οὐκ ὀνομαστοί,
Κόττος τε Βριάρεώς τε Γύης θ', ὑπερήφανα τέκνα.

λογώτερον ἕνεκα τόνου τὸ ἕεις βαρυνόμενον· ὀφθαλμὸς δὲ ἕεις ἐν μέσῳ ἔκειτο μετώπῳ. Atque hoc recepit Boisson. mutato μέσῳ in μέσσῳ. Verum patet haec ab Herodiano citari memoriter confusis v. 142. et 145.; nolui igitur eam lectionem mutare, quae omnium codicum et editionum fide nititur. Sic etiam grammat. ap. Cramer. Anecd. Oxon. I. p. 254. II. p. 457. — ἐνέκειτο] Sic Par. VI. 2. Vat. Taur. Ceteri c. Theogno (Cramer. p. 134.), praeter Tr., ἐπέκειτο, qui habet αἰέκειτο; pro ἕεις A. ἕειν.

V. 144. ἔσαν VI. Par. Ceterum vv. 144. 145. allegantur ab Etym. M. v. Κύκλωπες: Κύκλωπες δ' ἔσαν οὔνομ' ἐπώνυμοι, οὕνεκ' ἄρ' αὐτοῖς Κυκλ. Cf. Muetzell. p. 412.

V. 147. ἐξεγένοντο] Vat. M1. Par. ἀστερόεντος. — V. 148. 149. Par. Rh. 149. 148.

V. 148. Hermannus τε καὶ ὄμβριμοι. Sed v. annot. ad v. 250.

V. 149. Γύης] Sic scripsi cum Taur. M2. (supra γ) 3. VI. (v. 618.) Apollodoro, Herm. ep. ad Creuz. p. 85. et Buttm. Lexil. I. p. 230. II. p. 271., Sylb. ad Clenard. p. 444. Vid. Virgilium, qui Aen. V, 152 seq. habet Gyan prima brevi et IX, 755. Gygen prima longa. Ceteri Γύγης. V. Mureti Var. L. VI, 13., quem citavit Boisson. Atque ita legisse videtur Herodianus. V. Muetzell. p. 208

mam vocabuli, non ὀβριμόθυμον, evincunt codices, evincit etiam etymologia. Nam quod de ἀμβρότου vocabulo demonstravit Buttmannus (Lexil. I. p. 131 seq.), esse radicalem μ literam, quum a μόρος deducendum esset, idem etiam de ὀμβρίμου vocabulo dictum esto. Derivandum est enim a μόριμος, μόρσιμος, aut adiecto o euphonico aut per metathesin traiecto. Pertinere ad eandem radicem μορμώ, μόρμορος cet. pronum est intelligere. Frustra Hermanno (de emend. r. gr. Gr. p. 20.) obloquitur Wernikius ad Tryph. p. 197. Cf. Franckii Callin. p. 89. Boeckh. Pind. Ol. IV, 8. In inscriptione serioris aetatis ap. Boeckh. Corp. II. p. 430. legitur ὄβριμον.

V. 144. θνητοὶ αὐδήεντες sunt ἄνθρωποι μέροπες. V. Nonn. Dion. XIII, 212.

V. 144. a. Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον] Wolfius allegabat Hom. Od. VII, 54: Ἀρήτη δ' ὄνομ' ἐστὶν ἐπώνυμον: sed hinc non comprobatur Κύκλωπες ἦσαν ὄνομ' ἐπώνυμον, quod ita licet convertas: Rundaugen waren sie ihres Zunamens. V. A. Matth. Gr. §. 308.

V. 148. οὐκ ὀνομαστοί] V. annot. ad v. 171.

V. 149. Κόττος κτἑ.] Welckerus Tril. Aesch. p. 148., qui aquam his nominibus significari putat, et Hermannus in epistola ad Creuzer. de nat. myth. p. 84, qui hiemem cum Creuzero,

τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο
ἄπλαστοι, κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.
ἰσχὺς δ' ἄπλητος κρατερὴ μεγάλῳ ἐπὶ εἴδει.
ὅσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο,
δεινότατοι παίδων, σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆϊ
ἐξ ἀρχῆς. καὶ τῶν μὲν ὅπως τις πρῶτα γένοιτο,
πάντας ἀποκρύπτασκε, καὶ ἐς φάος οὐκ ἀνίεσκε,
Γαίης ἐν κευθμῶνι, κακῷ δ' ἐπετέρπετο ἔργῳ

V. 150. M2. ἀΐσσαντο.

V. 151. ἄπλαστοι] Ita M1. 2. V1. Vat., ἄπλαυστος Taur., ἄπλατοι V2., Gaisf., Dind.

V. 153. ἰσχύς τ' M1. Rh., ἄπλαστος V1. Par.

V. 154. ὅσσοι δὲ V1.

V. 155. 156. Hos versus eiici iubet Muetzell. p. 416. parum probabiliter.

V. 157. πάντας (ως supra scr. ultimae syllabae) ἀποκρύπτεσκε M1. — ἀνίεσκε] Vulgo ἀνίησκε, ut M1. 2. 3. V1. Illud voluerat iam Wolf., secuti sunt Gaisf., Dind. Antea ἀπεκρ. V1.

V. 159. στεναχίζετο M1. Rh. V. Spitzner. exc. ad Il. II, 95.; antea ἠδ' pro ἠ δ' M2.

V. 160. ἐπεφράσσατο] Scribendum ἐφράσσατο pro vulgato ἐπεφράσσατο, quod vel propter repetitionem v. 162. insuave est, ortum illud ex ἐπετέρπετο v. 158. et ἐπέφραδε v. 162. Atque ita Hom. Od. IV, 529: δολίην ἐφράσσατο τέχνην. et Nonnus Dion. XXXVII, 351: καὶ θρασὺς Ἀκταίων δολίην ἐφράσσατο βουλήν. Ἐπεφράσσατο tolerari non potest, quod Hesiodus non ad-

propius a mente Hesiodi abesse mihi videntur. Ceterum cf. Etym. M. p. 768 init., qui tritopatores esse Cottum, Briareum et Gyen perhibuit. V. Lobeck. Aglaoph. p. 760.

V. 150. τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο] Imitatus est Orph. Arg. 519: ἐξ γὰρ χεῖρες ἑκάστῳ ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο.

V. 151. ἄπλαστοι] Ἄπλατον dixisse poetam Atticae vel epicae dialecti nemo facile mihi persuadeat (v. Moerid. p. 24. Voss. hymn. Cer. 83. Elmsl. ad Eur. Med. 149. ad eumque locum Herm.), nisi simile verbale purum, ut ἄτλατον, admisisse Atticos vel epicos demonstraverit; dixisset talis poeta ἄπλητον a πελάω, ἄπληστον a πίμπλημι, ut Aeschyl. Sept. 723. Well. Sic ἄπλατον ap. Soph. Trach. 1093. (cuius loci etiam a Piersono ad Moeridem laudati nuper me Hermannus admonuit) et apud Eurip. Rhes. 310. non magis Atticum puto quam in Bachmanni Anecd. I. p. 121. et apud Iustinum M. p. 104. Sylb.; illis igitur locis ἄπλητον, ut codices ferunt, corrigendum, hoc autem Doricum aliquem poetam (ut Pindar. fragm. XCIII.) leviter tangi puto. Ἄπλαστοι igitur sunt aut ii, quibus aegre accedas (a πελάζω, ut apud Aeschyl. Prom. 718. Well. πρόςπλαστοι) aut informes. Nam quod de hac translatione Hermannus monuit: „allein unmöglich kann diefs Wort bei einem alten Epiker diese Bedeutung haben; vielmehr würde es „nicht erdichtet"

Οὐρανός· ἡ δ' ἐντὸς στοναχίζετο Γαῖα πελώρη
στεινομένη· δολίην δὲ κακὴν ἐπεφράσσατο τέχνην.
αἶψα δὲ ποιήσασα γένος πολιοῦ ἀδάμαντος
τεῦξε μέγα δρέπανον καὶ ἐπέφραδε παισὶ φίλοισιν.
εἶπε δὲ θαρσύνουσα, φίλον τετιημένη ἦτορ·
Παῖδες ἐμοὶ καὶ πατρὸς ἀτασθάλου, αἴ κ' ἐθέλητε
πείθεσθαι, πατρός κε κακὴν τισαίμεθα λώβην
ὑμετέρου· πρότερος γὰρ ἀεικέα μήσατο ἔργα.

misit Atticas correptiones; v. Herm. ad Orph. p. 756. Nam Ὄθρυος Theog. 632. facit synizesin, qualem habes Il. XVI, 321. in cod. Harl. Cf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 53. Pro *στεινομένη* Seleuci recensio habebat *ἀχνυμένη* propter tautologiam, quae inesse videbatur verbis *στοναχίζετο στεινομένη.* Sed *στεινομένη* est intus onerata. *Κακὴν τέχνην* est pro *κακοτεχνίαν* (*κακὴν τέχνην ἐφράσατο δολίην*), nisi mavis scribere *δολίην τε κακήν τ' ἐφράσσατο τέχνην.*

V. 161. *ποιήσασα*] Taur. *ἐποιήσατο*, Rh. *ποιήσασθαι.*

V. 164. *αἴ κε θέλητε* M1.

V. 165. *πατέρος* V2. M1.2. Gaisf., ceteri. A. Dind. *πατρός. πατρί* M3. Pro *κε* vulgo *γε*, sed Taur. M2. *δέ.* Reposui *κε* ex M3. Hermannum Lobeckiumque (Paral. p. 8.) secutus. Ita, si quid opus exemplis est, Il. IV, 97: *τοῦ κεν δὴ πάμπρωτα παρ' ἀγλαὰ δῶρα φέροιο, αἴ κεν ἴδῃ Μενέλαον Ἀρήϊον, Ἀτρέος υἱόν, σῷ βέλεϊ δμηθέντα.* Et vere *κὲν* particula hic abesse non potest (v. annot. ad v. 723.), nisi malis scribere *τισώμεθα.*

bedeuten," reprobatur ipsius Hesiodi loco Theog. 513.

V. 152. *ἐπέφυκον*] V. Varin. p. 357. Dind. De forma *ἐπέφυκον* pro *ἐπεφύκεσαν* v. Buttm. Gr. ampl. §. 111. not. 1.

V. 155. *δεινότατοι παίδων*] Constr. *δειν. παίδων ἦσαν*, unde vides particulam *δέ* abesse non posse. WOLF. Monitum hoc est propter Guietum, qui *δέ* deleri iusserat. Sed vellem unicum huius ellipsis exemplum allatum a Wolfio esset eiusdem iuncturae atque ab epico usurpatum. *Δέ* in apodosi apud epicos poetas saepius invenitur. Accedit similis versus 138. structura.

V. 157. *ἀνίεσκε*] Non multum, fateor, abest, quin defendam antiquum *ἀνίησκε.* Nam si epicis licuit dicere *καλέεσκον, ποιέεσκον*, si licuit ex *καλέω κικλήσκω* verbum fingere, Dorico epico etiam licuit duplex illud *ε* in *ἀνιέεσκε* contrahere in *ἀνίησκε*, ut *ἔπλην, ἔῤῥην* etc. V. Buttm. Gr. ampl. I. p. 505. Ceterum quod hic dicitur: *πάντας ἀποκρύπτασκε καὶ ἐς φάος οὐκ ἀνίεσκε γαίης ἐν κευθμῶνι*, v. 501. 502. *ὀλοὰ δεσμά* audit poetae. De locutione *πάντας ἀποκρύπτασκε καὶ ἐς φάος οὐκ ἀνίεσκε* v. animadvers. ad v. 551.

V. 157. Voss. Geogr. antiq. p. XXVI. non bene *ἀποκρύπτασκε* de Tellure intellexit. Cf. Herm. de myth. ant. p. IX.

V. 161. *πολιοῦ ἀδάμαντος*] In Scuto 231: *ἐπὶ δὲ χλωροῦ ἀδάμαντος. Ἀδάμαντα* ferrum fuisse, non aes, ex sollemni epitheto ferri Homerico, *πολιόν*, apparet. Quod sequitur *δρέπανον* telum est ex anti-

Ὣς φάτο· τοὺς δ' ἄρα πάντας ἕλεν δέος, οὐδέ τις αὐτῶν
φθέγξατο· θαρσήσας δὲ μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης
ἂψ αὖτις μύθοισι προσηύδα μητέρα κεδνήν·
Μῆτερ, ἐγώ κεν τοῦτό γ' ὑποσχόμενος τελέσαιμι
ἔργον, ἐπεὶ πατρός γε δυσωνύμου οὐκ ἀλεγίζω
ἡμετέρου· πρότερος γὰρ ἀεικέα μήσατο ἔργα.
Ὣς φάτο· γήθησεν δὲ μέγα φρεσὶ Γαῖα πελώρη.
εἷσε δέ μιν κρύψασα λόχῳ· ἐνέθηκε δὲ χειρὶ
ἅρπην καρχαρόδοντα· δόλον δ' ὑπεθήκατο πάντα.
ἦλθε δὲ Νύκτ' ἐπάγων μέγας Οὐρανός, ἀμφὶ δὲ Γαίῃ

V. 167. ἕλε M1.; ἀνὰ πάντας ἕλε Rh.
V. 169. αἶψ' αὖθις M1.
V. 171. πατρός] V2. M2. 3. Par. πατέρος, Taur. πατέρος sine γε.
V. 174. εἶσε M1. — χερσίν M3.
V. 178. λοχέοιο] Sic Vat. V2. M3. Sed Taur. V1. Par. Vat. m. λόχοιο. M1. 2. λοχέοιο; in marg. M1. γρ. λόχοιο. V. Schol. Venet. Il. XXIII, 160. Muetzell. p. 204. Videtur haec scriptura ad Aeolicam Hesiodi pronuntiationem pertinere. Nam scholia: Ἀριστόνικος λοχεοῖο ὡς θυρεοῖο· λοχεὸς γὰρ λέγει. [ἀνα]βεβίασται δὲ τὸ λοχέοιο παρὰ τὸ ἔθος. — Pro ὠρέξατο M4. in m. ἐδέξατο.
V. 179. πελώρην M1.
V. 180. Plut. Quaest. Rom. 42: ἡ γὰρ ἅρπη τοῦτο σημαί-

quissimis, ut monuit Wolfius; erat illud καρχαρόδον (v. 175.), quod acuendi nondum inventa ars erat. Cf. Boettiger Kunstmythologie I. p. 228. 232.

V. 171. δυσωνύμου] ω illud, quod est in commissura vocabuli, non habet etymologicam rationem, sed, ut vere de aliis statuit Lobeckius ad Phryn. p. 706., rhythmicam: producitur vocalis propter fortiorem pulsum. Aliter res habet in ἀνώνυμος, νήδυμος, et aliis eiusdem generis vocabulis, quibus privativa, ut aiunt, inest significatio; in his non solum propter rhythmicas rationes commissurae syllaba producitur, sed etiam propter etymologicas. Propriae ac peculiares privandi syllabae sunt ἀνε cum ἄνευ (v. Bekker. censur. Homeri Wolfiani p. 127.) cognatae; harum, si cui adiunguntur vocabulo a vocali incipienti, ea vis est ε vocalis, ut insequentem vocalem quasi per contractionem producat. Decurtantur autem hae syllabae aut in ἀν, ut in ἀννέφελος, in quo cave νν pro mero diplasiasmo rhythmico liquidae habeas, aut in νε, ut in νέποδες (Theocriteum dico, nam Homericum νέποδες recte explicuisse videtur Doederleinus Synon. III. p. 85.), νώνυμος, νηλεής (νε-ἔλεος), νημερτής (ναμερτής Att.; v. Herm. Soph. Trach. 172.), νήδυμος. Hoc, quod ultimo dixi loco, derivare ab ἡδύ solent (cf. Buttm. Lexil. I. p. 179 seq.), quum debuissent ab νε et ἀδέω (quo quis aegre satiatur). De vocibus νηπαθής, νήκερος, νηκερδής (νήποινος a νε et ἄποινα) statuo cum Lobeckio ad Phryn. p. 711. Producta est ε littera in νηκερδής, ut ο in δυσώνυμος, ratione rhythmica. Ab hoc ἀνε,

ἱμείρων φιλότητος ἐπέσχετο καί ῥ' ἐτανύσθη
πάντῃ· ὁ δ' ἐκ λοχέοιο πάϊς ὠρέξατο χειρὶ
σκαιῇ, δεξιτερῇ δὲ πελώριον ἔλλαβεν ἅρπην,
μακρήν, καρχαρόδοντα, φίλου δ' ἀπὸ μήδεα πατρὸς
ἐσσυμένως ἤμησε, πάλιν δ' ἔῤῥιψε φέρεσθαι
ἐξοπίσω. τὰ μὲν οὔτι ἐτώσια ἔκφυγε χειρός·
ὅσσαι γὰρ ῥαθάμιγγες ἀπέσσυθεν αἱματόεσσαι,
πάσας ἐδέξατο Γαῖα· περιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν
γείνατ' Ἐρινῦς τε κρατερὰς μεγάλους τε Γίγαντας,
[τεύχεσι λαμπομένους, δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντας,]
Νύμφας θ' ἃς Μελίας καλέουσ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν·

νει καὶ οὐχ ὡς γέγραφεν Ἀντίμαχος Ἡσιόδῳ πειθόμενος· Λέχριε (Xyl. λέχρις) δὲ δρεπάνῳ τέμνων ἀπὸ μήδεα πατρὸς Οὐρανοῦ Ἀκμονίδεω λάσιος Κρόνος ἀντιτέτυκτο. Unde Ahrensius apud Gruppium de Theog. p. 157. ἐκ λεχρίοιο v. 178. non feliciter.

V. 184. πᾶσας ἐδέξατο] Vulgo πάσας δέξατο. Sed Bar. M2. quum praebeant ἐδέξατο, scripsi πᾶσας cum eodem M2. Cf. v. 60.

V. 186. Hic versus deest in Bar. atque recte, ni fallor. Videtur enim additamentum esse alicuius rhapsodi, qui verba Homerica Il. XVIII, 510. coniunxit. Mecum consentit Herm., si recte intelligo, de myth. Gr. antiq. p. IX. Quod olim negabam, Gigantes loricis instructos fuisse longisque hastis usos, et Hermannus demonstravit et opera Selinusia caelata recens reperta comprobaverunt.

ἀν et νε paulo diversum est, quanquam cognatum, α quod dicunt privativum. Igitur si apud Hesiod. Th. 660. est ἀνάελπτα et 797. ἀνάπνευστος (v. Buttm. Gr. ub. II. p. 357.), analogiam id haberet cum δυςάσχετος et similibus, nisi praestaret cum Hermanno ἀνέελπτος, ἀνέεδνος, δυςάνσχετος (Apoll. II, 272.) legere. Cf. dicta ad v. 797. Ὄνομα vero, ut ad δυςώνυμον redeamus, Graecis est illud, quo quis statim hominibus commendatur (v. Passov. de cond. lex. Gr. p. 22.) tanquam imagine corporis et animae. Est igitur aut is δυςώνυμος et οὐκ ὀνομαστός, cuius natura nomini non respondet, aut is, cui a forma et ab ingenii natura infelix nomen recte inditum est.

V. 178. ὠρέξατο] Sc. τῶν μηδέων.

V. 182. ἐξοπίσω] Similis est ille Deucalionis et Pyrrhae iactus.

V. 183. ἀπέσσυθεν] Non esse pronuntiandum ἀπεσσύθεν dixi in libro Allgem. Lehre v. Accent d. gr. Spr. p. 69., ubi demonstravi ν esse antiquiorem exitum pluralis aoristorum, σαν recentiorem. Sic ἦν v. 321. est pluralis, non singularis, ut volunt grammatici, v. c. Matth. §. 205, 8. (ed. III.). Quod hic vir doctissimus subobscurius a me expositum esse dixit uberius explanavi in libro de accent. loco commodum laudato.

V. 184. περιπλομένων] Περιτελλόμενος ἐνιαυτός est annus vertens, περιπλόμενος vero annus inversus. V. Heind. ad Horat. Sat. I, 1, 36.

V. 185. Ἐρινῦς] In antiqua inscriptione apud Boeckh. Corp. Inscr. II. p. 353. legitur Ἐρεινύς uno ν et in alia inscriptione Attica sub acropoli Ἐρινύσι.

V. 187. De Meliis nymphis vid.

μήδεα δ' ὡς τοπρῶτον ἀποτμήξας ἀδάμαντι
κάββαλ' ἀπ' ἠπείροιο πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,
ὣς φέρετ' ἂμ πέλαγος πουλὺν χρόνον, ἀμφὶ δὲ λευκὸς
ἀφρὸς ἀπ' ἀθανάτου χροὸς ὤρνυτο· τῷ δ' ἔνι κούρη
ἐθρέφθη· πρῶτον δὲ Κυθήροισι ζαθέοισιν
ἔπλητ', ἔνθεν ἔπειτα περίῤῥυτον ἵκετο Κύπρον.
ἐκ δ' ἔβη αἰδοίη καλὴ θεός, ἀμφὶ δὲ ποίη
ποσσὶν ὕπο ῥαδινοῖσιν ἀέξετο· τὴν δ' Ἀφροδίτην

V. 188. *μήδεα δ'*] Sic scripsi cum Bar. Schellersh. ap. Werf. Act. Mon. II. p. 152. Nam opposita sibi sunt v. 183. *ῥαθάμιγγες* et *μήδεα* h. v. Vulgo *μήδεά θ' ὡς*. Paucis interiectis post *ἀδάμαντι* et post *πόντῳ* vulgo colo interpungitur. Nos dedimus posituram Gaisfordii.

V. 189. *ἀπ' ἠπείροιο*] *Ἠπείροιο* fere omnes ante Wolf., qui ex It. A. *ἠπείροιο*, et sic schol. Secuti sunt ceteri editores. Pro *ἀπ'* vulgo *ἐπ'*. *ἠπείρου πολλυκλ.* V1.

V. 190. *ἂν πέλαγος* M3. *πολὺν* V1. Par.

V. 191. *ὤρνυτο*] M3. *ὤρμα*.

V. 192. *ἐτρέφθη* M2.

V. 193. *ἔπλητ'*] M2. *ἔπλετο*.

V. 196. 199. *ἀφρογενέα — Κυπρογενέα*] Exhibui vett. edd. scripturam (*Ἀφρογένειαν, Κυπρογένειαν*), etsi facilis erat medela *ἀφρογενῆ*, *Κυπρογενῆ*, quoniam editoris est auctorum texta emendare, non glossarum fraudes corrigendo celare. F. A. WOLF. Adde Muetzell. p. 422 seq. Ego vero non pro glossa habeo, sed pro additamento rhapsodi alicuius antiquissimi, neque ex Plat. Crat. p. 406. patet Platonem non novisse h. v. Etym. M. p. 546: *Κυπρογένεια διὸ γεννᾶται περικλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ.* Cf. Etym. M. p. 179. 543. Igitur scripsi cum Reizio, Werf. Act. M. l. l. et

Callim. Iov. 47. Apoll. Rh. II, 7. Novem fuisse, Helicen, Cynosuram, Arethusam, Idam, Cromnen, Britho, Calaeno, Adrasteam et Glaucen, dixit Tzetza ad Hesiod. Op. 144.

V. 189. *ἠπείροιο*] De Epiro intellexit Voss. de geogr. ant. p. XXVII. Atque Dione, secundum alios mater Aphroditae, vere pertinet ad Epirum (v. Buttm. Myth. I. p. 22 seq. Schol. Apollon. Rh. IV, 327. 983—993.) et Epirus dicitur umbilicus Graeciae (Liv. XXXV, 18.). Quanquam Epirotarum ut Graecorum in catalogo navium Homerico ne mentio quidem iniicitur; nam Il. II, 635. non sermonem esse de Epiro universa sponte intelligitur, unde concludas seriorem esse fabulam Hesiodiam, si de Epiro intelligenda sit, de qua re vehementer nunc dubito.

V. 192. *Κυθήροισι*] Schol. male: *Κύθηρά ἐστι πόλις Κύπρου μικρὰ — παραθαλασσία.* Insulam intellexit Hesiodus. Huc pertinet locus Hesychii v. *Κυθέρεια: ἡ Ἀφροδίτη καθ' Ὅμηρον μὲν οὐχ ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις, ἀλλ' ὅτι κευθομένου κτἑ.*

V. 196. 199. *ἀφρογενέα — Κυπρογενέα*] V. Orph. hymn. I, 11: *Ἀφρογενής τε θεά, μεγαλώνυμα δῶρα λαχοῦσα. Κυπρο-*

ἀφρογενέα τε θεὰν καὶ ἐϋστέφανον Κυθέρειαν
κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
θρέφθη· ἀτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προςέκυρσε Κυθήροις·
Κυπρογενέα δ', ὅτι γέντο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ·
ἠδὲ φιλομμηδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη.
τῇ δ' Ἔρος ὡμάρτησε, καὶ Ἵμερος ἕσπετο καλὸς
γεινομένῃ ταπρῶτα θεῶν τ' ἐς φῦλον ἰούσῃ.
ταύτην δ' ἐξ ἀρχῆς τιμὴν ἔχει ἠδὲ λέλογχε
μοῖραν ἐν ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι,

Thierschio (Gr. Gr. §. 181, 1.) *ἀφρογενέα* et *Κυπρογενέα*. Nam *ἀφρογενέα* habet M3., *Κυπρογενέα* vero Rh. M1. (hic tamen *Κυπρογενέα θ'*) M3. Vat. Schell., *κυπρογένει' ὅτι* V2., *Κυπρογένεια* Taur. M2. Pro *ἀφρογενέα* v. 196. V2. *Ἀφρογένειαν θεὸν καί*. Quod librarii scripserunt *Ἀφρογένειαν* et *Κυπρογένειαν*, non magis est nota *νοθείας*, quam quod iidem *τρικέφαλον* pro *τρικάρηνον* v. 287. dederunt. Hermannus tamen p. 165. *ἀφρογενῆ* et *Κυπρογενῆ* praefert propter breves ante contractum ultimam syllabas. Sed quum ap. Hom. Od. XI, 110. legatur *ἀσινέας*, Il. XXIV, 267. *πρωτοπαγέα*, ampliandum esse censeo.

V. 197. *ἐν* deest in M1.; pro *ὕπο* v. 195. Bar. *ὑπαί*.

V. 199. *ὅτι γένοιτο* codices praeter V1. 2. M3. M1., qui habent *γέντο*, M2., qui praebet *γένετο*. Hermannus l. l. p. 166. in alia recensione lectum fuisse *Κύπριν δ' ὅττι γένοιτο* putat.

V. 200. *ἠδὲ φιλομμηδέα*] V2. *καὶ φιλομηδέα δ' αὖ*. Hoc voluit etiam Par., qui habet *καὶ φιλομήδειαν*. V1. M1. 2. *φιλομήδεα*.

V. 202. *γειναμένῃ* M1. Bar.

V. 203. *ἔχεν* M3.

V. 204. *ἀνθρώποις* M2.

*γενής* est apud Hom. hymn. IX, 1. Theogn. 1304. 1322. 1332. 1382. 1385. 1386. Pind. Ol. XI, 125. *Κυπρογενήαν* dixit Sappho fragm. 53. Nevii.

V. 197 seq. *οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ θρέφθη*] Mihi potius *Ἀφροδίτη* est *ἀβροδίαιτος* cum Didymo ap. Etym. M. p. 179, 13. Altera etymologia, quae ab Hesiodo profertur, recentior est; nam apud Homerum mater Veneris est Dione. Sic Gratiae dicuntur *ἁβραί* a Sapphone fragm. 50. Nevii; et ap. Etym. M. p. 704. Aphrodite dicitur *ἀβροσύνη*; sic enim legendum esse pro *ἀφροσύνη* diximus ad v. 934. *Δίαιτα* et *δαίτη* sunt cognata vocabula.

V. 200. *φιλομμηδέα*] *Φιλομμηδὴς Ἀφροδίτη* non reperitur apud Homerum, qui *φιλομμειδοῦς* adiectivo utitur, ut observat Wolfius.

V. 201. *ὡμάρτησε, καὶ Ἵμερος*] Haec vulgo sine positura post *ὡμάρτησε* cohaerent. Verum dubito, num ille Hesiodius Amor Venerem comitatus sit; pertinet hoc ad Himerum negotium. Distinxi igitur cum Gaisfordio. Comes, non filius Veneris Cupido est etiam Sapphoni et Diotimae Platonicae.

παρθενίους τ' ὀάρους μειδήματά τ' ἐξαπάτας τε
τέρψιν τε γλυκερὴν φιλότητά τε μειλιχίην τε.
Τοὺς δὲ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκεν
παῖδας νεικείων μέγας Οὐρανὸς οὓς τέκεν αὐτός.
φάσκε δὲ τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι
ἔργον, τοῖο δ' ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι.
Νὺξ δ' ἔτεκε στυγερόν τε Μόρον καὶ Κῆρα μέλαιναν
καὶ Θάνατον, τέκε δ' Ὕπνον, ἔτικτε δὲ φῦλον Ὀνείρων·
οὔτινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε Νὺξ ἐρεβεννή.
δεύτερον αὖ Μῶμον καὶ Ὀϊζὺν ἀλγινόεσσαν,

V. 205. *μελεδήματα* P2. Rh.

V. 207—210. Hos versus obelis notavit Wolf. et fere omnes qui eum secuti sunt editores. Ratio est, quod unus tantum Titanum, Cronus, impietatis erga patrem reus agi posset, non item ceteri filii; nec locum satis convenire his versibus arbitrabantur. Verum illud refutatur v. 154. 155: *ὅσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο, δεινότατοι παίδων, σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆϊ*, hoc vero e nexu totius capitis.

V. 207. *ἐπίκλησιν καλ. Τιτ.* M2.

V. 210. *τοῖς δ' ἤπειτα* V1.

V. 211—232. Haec alius esse rhapsodi arbitrabatur Thierschius de Hes. p. 24. Cf. Herm. de myth. Gr. ant. p. X. ep. ad Creuz. p. 86. Mihi non ita videtur. Nam quod vv. 212—232. describitur genus, necessario oppositum est Aphroditae, Cupidini etc., ut amori odium, coniunctioni separatio.

**V. 206.** Post hunc versum desunt narrationes de Crono imperium Urani sibi arrogante.

**V. 207.** τοὺς δὲ] Cf. v. 155.

**V. 215 seq.** μῆλα — χρύσεα] Hesperides cum Ladone custodiunt. V. v. 275. 333. 518. Ex Servio ad Aen. IV, 484: Hesiodus has Hesperidas, Aeglem, Arethusam et Hesperusam ultra Oceanum mala aurea habuisse dicit, minime concludi potest hic olim addita nomina ab ipso poeta fuisse. Nam nomina ista Servius ipsa addere ex alio fonte poterat, quum ad Hesiodum pertineat testimonium ultra Oceanum Hesperidas mala habuisse. Si ipsum Hesiodum haec nomina testantem ante oculos habuisset Servius, pro Hesperusa sine dubio epica forma Ἑσπερόεσσα usus fuisset. Hinc versiculus, si qui fuit alicuius poetae, qualem Muetzellius statuit p. 431., sic refingendus erat: *Αἴγλην, Ἑσπερόεσσαν ἰδὲ κλειτὴν Ἀρέθουσαν.* Alia nomina dabit Heynius ad Apollod. II, 5, 11., alia in Midiae vase Gerhardus invenit. Praeterea Muetzellius ex scholiis ad v. 215. concludit ab Hesiodo mentionem hic etiam Herculis factam fuisse. Sic enim scholia: *τὰς ἑσπερινὰς ὥρας λέγει. μῆλα δὲ χρυσᾶ τὰ ἄστρα. Αὐτοῖς* (l. *αὐταῖς*) *δὲ μέλει, ἐπειδὴ ἐν αὐτοῖς* (l. *αὐταῖς*) *ταῦτα ὁρῶμεν, Ἡρακλέα δὲ τὸν ἥλιον. Λέγει δὲ τοῦτο, ὅτι παρερχομένου τοῦ ἡλίου ἐμφαίνονται* [Muetz. *ἀφανίζονται*] *τὰ ἄστρα, ὅ ἐστι τὸ τρυγῆσαι τὸν Ἡρακλέα τὰ μῆλα.* Ex ultimis huius scholii verbis Muetzellius divinavit lectum fortasse fuisse *χρύσεα καλὰ μέμηλε τάθ' Ἡρακλέης ἐτρύγησεν.* Sed *καρπὸν φέροντα* le-

Ἑσπερίδας θ', αἷς μῆλα πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο
χρύσεα καλὰ μέλουσι φέροντά τε δένδρεα καρπόν.
[καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους,
Κλωθώ τε Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, αἵτε βροτοῖσι
γεινομένοισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε,
αἵτ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφέπουσαι
οὐδέποτε λήγουσι θεαὶ δεινοῖο χόλοιο,
πρίν γ' ἀπὸ τῷ δώωσι κακὴν ὄπιν, ὅςτις ἁμάρτῃ.]
τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι,
Νὺξ ὀλοή· μετὰ τὴν δ' Ἀπάτην τέκε καὶ Φιλότητα,

V. 212. *δέ* abest a M2. Hunc versum non pro genuino habet Heynius ad Apoll. Obs. p. 12.

V. 214. *Μῶμον*] Cod. Schellersh. ap. Creuz. ep. ad Herm. p. 170. ex corr. *Μῶλον*. Sic Ioh. Diac.

V. 216. *μελοῦσι* et *δένδρα* M1.

V. 217. *Μοίρας*] *Μοῖρας* M1. — Pro *νηλεοποίνους* Taur. *νηλεοπίνας*, cui suprascriptum *ους*. In marg. *γρ. νηλεοποίους* (sic). M1. *νηλεοποίνας* suprascr. *ους*; in marg. *γρ. κλεοπόνους* (sic). Ruhnkenius malebat *νηλιτοποίνους*. *Ἠλεοποίνους* legitur ap. Stobaeum Ecl. Ph. p. 9.

V. 220. *ἐφέπουσιν* M3., quod suaserat Hermannus mutato etiam *οὐδέ ποτε*.

V. 221. *λήγουσι — δεινοῖο χόλοιο*] Taur. *λήγουσαι — δειλοῖο χόλ.* et in marg. *γρ. λόχοιο*.

egisse scholiastam patet ex scholio insequente, ubi Iovis Casii iniicitur mentio. Quare haec de Hercule ipsum addidisse scholiastam puto, ut totam fabulam allegorice interpretaretur.

V. 217—222. Quod nunc *Μοῖραι* et *Κῆρες* a Nocte dicuntur progenitae post *Μόρον* et *Κῆρα* (v. 211.) et quod versus 218. 219. adduntur, qui fere iisdem verbis infra redeunt v. 905. 906., quo sane aptiore leguntur loco, suspectum est. Nam ita Apollod. I, 3: *Ἐκ μὲν Θέμιδος τῆς Οὐρανοῦ Ζεὺς γεννᾷ Μοίρας, Κλωθώ, Λάχεσιν, Ἄτροπον.* Hic additi videntur a poeta, qui diversam sequebatur mythologiam. Quod Wolfius dicit, munus scelerum poenas exigendi a Parcarum charactere recedere, non satis considerate monitum est. Verba enim illa *αἵτε βροτοῖσι — κακόν τε* pertinent ad *Μοίρας*, illa vero *αἵτ' ἀνδρῶν — ἁμάρτῃ* ad *Κῆρας*. Diversae enim sunt *Κῆρες* et *Μοῖραι*. V. annot. ad Scut. 249. Ad *Κῆρας* autem pertinere illud munus, quod hic ab Hesiodo iis tribuitur, demonstratur loco Eurip. El. 1252: *Δειναὶ δὲ Κῆρες, αἱ κυνώπιδες θεαί, τροχηλατήσουσ' ἐμμανῆ πλανώμενον.* Cf. Aeschyl. Sept. 1047. Well., ubi *Κῆρες Ἐρινύες* leguntur. Quare non possum facere cum Hermanno, qui ante versum 213. deletum esse alium, quo Erinyes secundum diversam fabulam ab ea, quae v. 185. narrata erat, Noctis filiae dicerentur, cum v. 213. autem versus 220—222. coniunctos fuisse putat. Quod versus additur 213. versibus 211 sq., non magis mirum videtur quam quod Pontum v. 132. procreasse Terra dicitur *ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου*.

V. 224. Pro *Φιλότητα* Guie-

Γῆράς τ᾽ οὐλόμενον, καὶ Ἔριν τέκε καρτερόθυμον.
Αὐτὰρ Ἔρις στυγερὴ τέκε μὲν Πόνον ἀλγινόεντα
Λήθην τε Λιμόν τε καὶ Ἄλγεα δακρυόεντα,
Ὑσμίνας τε Φόνους τε, Μάχας τ᾽ Ἀνδροκτασίας τε,
Νείκεά τε Ψεύδεά τε Λόγους Ἀμφιλογίας τε,
Δυσνομίην Ἄτην τε, συνήθεας ἀλλήλοισιν,
Ὅρκον θ᾽, ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους
πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ.
Νηρέα δ᾽ ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος,
πρεσβύτατον παίδων· αὐτὰρ καλέουσι γέροντα,
οὕνεκα νημερτής τε καὶ ἤπιος, οὐδὲ θεμιστέων
λήθεται, ἀλλὰ δίκαια καὶ ἤπια δήνεα οἶδεν.

V. 225. *καρτερόμυθον* M2. *Ἔριν τε κρατ.* V1. Par.

V. 227. *Λήθην*] Ruhnk. malebat *Ἄτην*, Heynius *Λοιμόν*, nisi velles pro oblivione benefactorum in nos collatorum accipere. Pro *Λιμόν* al. *Λοιμόν*. *Λήθην Λεῖμόν τε* M2. Traiectos 228. 227. habet M4.

V. 228. *Φόνους*] M3. V1. *φόβους*.

V. 229. *ψευδέας* M1., *ψεύδεα* M2., *ψεύδεά τε λόγοις* V1., *ψεύδεά τε λόγους* Par. Quod ex codicibus recepi suaserat etiam Muetzell. de emend. Theog. p. 437. Cf. Lobeck. Paral. p. 161. et Spitzner. ad Il. IV, 235.

V. 230. *Ἄτην*] Ruhnk., qui v. 227. *Ἄτην* intulerat, hic coniecit *Ἀπάτην*. Nam v. 224. pro spurio ei erat. Sine causa. Sed noli *Δυσνομίην* (qua quis ultro contra leges peccat) et *Ἄτην* (qua quis ita perturbatur animo atque occaecatur, ut vel invitus peccet) dispescere. Ipse enim Hesiodus eas dixit *συνήθεις ἀλλήλαις*. — *ἀλλήλοισιν*] V1. 2. M1. 2. 3. ita; *ἀλλήλησιν* ceteri. — Pro *συνήθεας* V1. *συνήθε᾽*.

V. 234. Pro *αὐτὰρ* (Rh. V1. *ἀτάρ*) Wernik. ad Tryph. p. 30. malebat *ὃν δή*. V. quae monui ad Theodos. Gr. p. 220.

tus volebat *δολότητα*, monstrum vocis, ut iam Ruhnkenius indicavit, qui proscribendum hunc versum ineptissimum dixit. Ego verebar, ne alia quaedam huic vocabulo subesset notio quam blandae amantium fraudis: *φιλήτην* (non *φηλήτην*) a *φιλέω*, producta prima, si sit in arsi, euphemismum esse pro fure i. e. qui alienarum rerum sit cupidus; hinc *φιλότης* idem significare poterat, quod *φωρά*. V. ad Op. 375. Hermannus autem, qui euphemismum in simplicissima Theogoniae narratione locum habere negat, de iis haec omnia intelligenda esse censet, quae noctu soleant fieri. Sed ita cur *Γῆρας* et *Ἔρις* adiecta sint, non facile perspicias. Mihi coniungendae nunc videntur notiones *Φιλότητος* et *Ἔριδος*, ut denotent caecam (hoc propter Noctem) Cupidinem caecumque Iurgium et Iracundiam.

V. 226. De his numinibus vid. Virgil. Aen. VI, 274 seq.

V. 227. *Λήθην*] Aptissima est huic loco oblivio, quae nascitur ex animi quadam remissione ac prava securitate. Sapienter enim paulo post Hesiodus: *Ὅρκον θ᾽, ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ.* Eodem modo oblivio illa, quam negligentiam dixeris (Unzuverlässig-

αὖτις δ' αὖ Θαύμαντα μέγαν καὶ ἀγήνορα Φόρκυν
Γαίῃ μισγόμενος καὶ Κητὼ καλλιπάρηον,
Εὐρυβίην τ' ἀδάμαντος ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἔχουσαν.
Νηρῆος δ' ἐγένοντο μεγήρατα τέκνα θεάων
πόντῳ ἐν ἀτρυγέτῳ καὶ Δωρίδος ἠϋκόμοιο,
κούρης Ὠκεανοῖο, τελήεντος ποταμοῖο,
Πρωτώ τ' Εὐκράντη τε, Σαώ τ' Ἀμφιτρίτη τε,
Εὐδώρη τε Θέτις τε, Γαλήνη τε Γλαύκη τε,
Κυμοθόη Σπειώ τε, Θόη θ' Ἁλίη τ' ἐρόεσσα,
καὶ Μελίτη χαρίεσσα καὶ Εὐλιμένη καὶ Ἀγαυή,
Πασιθέη τ' Ἐρατώ τε καὶ Εὐνείκη ῥοδόπηχυς,

V. 235. *νημερτής ἐστι καὶ* V1. — *θεμιστάων* M1., *θεμίστων* M3.
V. 238. *Εὐρυγαίῃ μισγ.* M1.
V. 239. *Ἐριβίην* M1.
V. 240. *μεγήρατα*] M1. 2. 3. V1. *μεγήριτα.* Cf. Hesych. s. v. Schol. Ven. Il. XXII, 349.
V. 242. *τελείεντος* M1. 3.
V. 243. *Εὐκράντη*] Quum V1. Taur. M2. 3. et Apollod. c. schol. habeant *Εὐκράτη*, libenter scripsissem *Εὐκρήτη*, quod Ionica dialectus flagitabat.
V. 244. *Γαλήνη*] V2. *Γαληναίη*: non male, si demas *τε*. Cf. Callim. epigr. V, 5.
V. 245. *Κυμοθέη* V1. Par. — *Θόη θ' Ἁλίη τ' ἐρόεσσα*] Sic edidi cum Gaisf. ex praecepto Valcken. ad Ammon. p. 165. Nam ita Homerus Il. XVIII, 40. Vulgo *Θόη, Θαλίη τ' ἐρόεσσα.* V1. M1. 2. 3. *Σπειώ τε θοή, Θαλίη.* Rh. *Σπειρώ τε Θόη θαλίη τ'.*
V. 246. 247. In Taur. M1. 2. 3. V1. Par. al. et ap. Suid. v. *Μελίτη* 247. 246. Pro *Πασιθέη* Taur. *Πασιθόη.* Nempe librarius exspectaverat *Πασιθέα.*

keit), *τοὺς ἀνθρώπους πημαίνει*, nisi quod illud sponte fiat atque de industria (*ἑκών*), hoc vero paene invite.

V. 234. *γέροντα*] Ergo non propter senectutem ita appellatus est Nereus, sed propter insignem dignitatem suam.

V. 240. *μεγήρατα τέκνα θεάων*] Hoc et infra v. 366. quod legitur *θεάων ἀγλαὰ τέκνα* animadvertas; *τέκνα θεάων* sunt *θεαί*, ut *υἷες Ἀχαιῶν*, *κοῦροι Ἀχαιῶν* sunt Achivi, *παῖδες σοφῶν* sapientes, *παῖδες ἱερέων* sacerdotes. V. Blomf. Aesch. Pers. 408. Prorsus ita Sophocl. Electr. 112. Furias dixit *σεμνὰς θεῶν παῖδας*, in quo iniuria offenderat Reisig. Enarr. Oed. C. p. 33. Cum his locutionibus male confundi *Ἀσκληπιοῦ παῖδας* monui ad Op. 430.

V. 242. *τελήεντος*] Est ultimus fluvius, non *ἀψόῤῥοος*.

V. 243 seq. Inscriptiones in vase picto (Annali di corrispond. archeol. IV. p. 124 seq.) habent nomina *Ναώ* (?), *Κυμαθόη* (sic), *Γλαύχη* (sic), *Σπεώ*, *Μελίτη*, *Κυματολήγη*, *Ψαμάθη*.

V. 246. *Ἀγαυή*] Analogia postulabat *Ἀγαύη*; v. Herm. ad Eur. Bacch. 27. Sed ita recentiores tantum pronuntiant, ut Nonnus Dion. XXI, 112. Cf. Spitzn. ad Il. XVIII, 42.

V. 247. *Εὐνείκη*] Videtur

*Δωτώ τε Πρωτώ τε, Φέρουσά τε Δυναμένη τε,*
*Νησαίη τε καὶ Ἀκταίη καὶ Πρωτομέδεια,*
*Δωρὶς καὶ Πανόπη καὶ εὐειδὴς Γαλάτεια,*
*Ἱπποθόη τ' ἐρόεσσα καὶ Ἱππονόη ῥοδόπηχυς,*
*Κυμοδόκη θ', ἣ κύματ' ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ*
*πνοιάς τε ζαθέων ἀνέμων σὺν Κυματολήγῃ*
*ῥεῖα πρηΰνει καὶ ἐϋσφύρῳ Ἀμφιτρίτῃ,*
*Κυμώ τ' Ἠϊόνη τε ἐϋστέφανός θ' Ἁλιμήδη,*
*Γλαυκονόμη τε φιλομμειδὴς καὶ Ποντοπόρεια,*
*Λειαγόρη τε καὶ Εὐαγόρη καὶ Λαομέδεια,*
*Πουλυνόμη τε καὶ Αὐτονόη καὶ Λυσιάνασσα,*

V. 248. *Πρωτώ*] Lege *Πλωτώ*, ut in suis exemplaribus Aegius. Gale ad Apollod. p. 6, 18. REIZ. Recepit Boisson. *Κραντώ* coniecerat Graevius, quod v. 243. intulit Wolf.; nam alterum *Πρωτώ* satis ipsi sustentatum videbatur versu Homerico Il. XVIII, 43. Alia est sententia Hermanni ep. ad Creuz. p. 90. Muetzell. p. 443. versu 248. *Δωτώ θ' ἱμερόεσσα.*

V. 249. *τε* abest a M2. V1. Par. — *Ἀκταίη*] Dind. *Ἀκραίη*. Nesea vel Nesaea est apud Virg. Aen. V, 826. Cf. v. 261.

V. 250. *Πανόπη*] *Πανόπεια* corr. Herm. Orph. p. 728. Sic Nonn. Dion. XLIII, 264. et Virg. Aen. V, 240. 765. Sed vereor, ut illae rhythmicae leges in *καί* particula admitti debeant, quae fere procliticam habet naturam. Nam prorsus ita v. 148. *μεγάλοι καὶ ὄμβριμοι*, ubi *τε καὶ ὄμβρ.* corrigere non audeam. Cf. Hom. Od. VII, 26. XIII, 378. XXIII, 108. Il. XXIII, 694. Quintus Sm. IV, 150. VI, 432. VII, 234. 275. X, 277. Nonn. XXXIV, 15. Orph. hymn. I, 7. Passov. ad Dionys. 705.

V. 252. *Κυμοδόκη*] V. Virg. Aen. V, 826. Ge. IV, 338.

V. 254. *πρηΰνει*] V2. *πραΰνει σύν τε ἐϋσφ.*, Taur. *Ῥεῖά*

derivanda esse ab *εὐνή* et *εἴκω*, quae ancoris cedit vel parcit. Nam quae esset huius nominis potestas, si derivaretur ab *εὖ* et *νεῖκος*? Apollod. I, 2. habet *Εὐνίκη*, quod hic praefert Hermannus, quanquam huius nominis etymum parum congruere cum re videtur. *Εὐνείκη* habet etiam Etym. M. p. 393.

V. 249. *Πρωτομέδεια*] *Πρωτομέδεια* est undarum litoralium gubernatrix. Quare non opus est emendatione Blomfieldiana ad Aesch. Sept. 123. *Πρωνομέδεια.*

V. 253. *Κυματολήγῃ*] *τῇ τῶν κυμάτων λήξει, τοῦτ' ἔστι καταπαύσει· ἐὰν γὰρ ὄνομα ἀκούσωμεν, ὥς φησιν Ἀρίσταρχος, ἔσονται μία καὶ πεντήκοντα κατειλεγμέναι.* SCHOL. Hoc ita intellectum est a Valckenario ac Wolfio, ut putarent *Κυματολήγην* Aristarchum pro appellativo accepisse. Minime vero. Ad *ὥς φησιν Ἀρίσταρχος* supple *ἀκουστέον εἶναι.* Contraria sententia est ineptissimum scholiastae commentum. Boissonadus: „*Κυματολήγη* non una esse videtur Nereidum, sed dea quaedam maritima, cuius fuit munus sedandi fluctus." Cui sententiae refragatur quae sequitur Amphitrite.

V. 262. *Νημερτής*] Mira est haec forma nominis alicuius muliebris. Virile nomen (*Ναμέρτης*) esse patet ex Plut. Lacon. apo-

Εὐάρνη τε, φυήν τ' ἐρατὴ καὶ εἶδος ἄμωμος,
καὶ Ψαμάθη, χαρίεσσα δέμας, δίη τε Μενίππη,
Νησώ τ' Εὐπόμπη τε, Θεμιστώ τε Προνόη τε,
Νημερτής θ', ἣ πατρὸς ἔχει νόον ἀθανάτοιο.
αὗται μὲν Νηρῆος ἀμύμονος ἐξεγένοντο
κοῦραι πεντήκοντα, ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαι.

---

Θαύμας δ' Ὠκεανοῖο βαθυῤῥείταο θύγατρα
ἠγάγετ' Ἠλέκτρην· ἡ δ' ὠκεῖαν τέκεν Ἶριν,
ἠϋκόμους θ' Ἅρπυιας, Ἀελλώ τ' Ὠκυπέτην τε,
αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται

τε πραῦνει, πραῦνει etiam M3. V1. Par.

V. 255. τ' Ἀλιμ. V1. Par.

V. 256. V2. Γλ. φιλομειδὴς δ' αὖ. M1. Par. φιλομειδής. In V1. τε abest.

V. 258. Λυσιάνασσα] Herm. ep. ad Creuz. p. 90. coniecit Λυσιάνειρα. Mihi Ἱσιάνασσα ad fidem videtur esse propius, quanquam etiam apud Apollodorum est Λυσιάνασσα. Verum hoc quum in Philodemi epigr. VIII, 3. (Brunck. Anal. II. p. 85.) sit nomen meretricis, non possum credere deae cuiusdam nomen huic inditum esse.

V. 260. M2. ἡ δὲ μὲν Ἵππη, Rh. η τε μενίππη. Prorsus insolitus est nominativus δίη pro δῖα; aut usus est alio epitheto Hesiodus (ut καλή τε M., ῥοδίη τε M.), aut scripsit καὶ δῖα Μενίππη. Cf. v. 938.

V. 265. ὠκεανοῦ M2.; postea θύγατραν M1. Rh.

V. 267. Ἅρπυιας] Reiz. Ἁρπυῖας scribi iubebat, sed erravit vir doctissimus. Ἅρπυιας, quod ex A. T. It. recepit cum Gaisfordio Dind., scribi debebat. — Ὠκυπέτην] Apollodor. I, 9: Ἡσίοδος δὲ λέγει αὐτὴν Ὠκυπόδην.

phth. p. 229. Hutt., muliebre non agnoscit Arcad. p. 28, 10: τὸ δὲ νημερτὴς ἐπίθετον. Exspectabam Νημέρτεια, Νημερτίς aut tale aliquid; sed legitur etiam apud Hom. Il. XVIII, 46. Νημερτής τε καὶ Ἀψευδής (nisi etiam hic locus ex theogoniae aliqua recensione labem contraxit) et apud Empedoclem Plut. de tranq. an. 15. Mihi quidem, ut dicam quod sentio, Hesiodus scripsisse videtur: Προνόη τε νημερτής, ἣ πατρὸς ἔχει νόον ἀθανάτοιο; cf. v. 235. Accedit, quod hoc epithetum aptissimum esse videtur etymologiae Προνόη nominis, et quod ita demum, eiecta Nemerte, numerus Nereidum est quinquagenarius, si v. 243. aut 248. pro Proto scripseris Ploto. Etiam antiqui grammatici περισσὸν habebant illud τὲ post νημερτής. Nam ita scholiasta: οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ Πατρονόη (l. Προνόη, nam paulo post legitur προνοουμένη) Νημερτής τε, ἣ πατρὸς ἔχει νόον, τὸ τὲ περισσόν φασι κεῖσθαι, ἵνα κατὰ τοῦ Πατρονόη (l. Προνόη) ἀκούσηται ἐπιθετικῶς· ἡ γὰρ προνοουμένη πάντων ἀληθής ἐστι. Καὶ ὁ πατὴρ αὐτῆς Νηρεὺς ἀληθὴς παρωνόμασται. Rationem, cur Hesiodus dixerit Νημερτῆ nympham, proposuit Lehrs de Aristarchi stud. p. 274.

V. 265—336. Sequuntur fabulae physici quidem argumenti, sed ad singulas Graeciae regiones ita particulatim pertinentes, ut

ὠκείης πτερύγεσσι· μεταχρόνιαι γὰρ ἴαλλον.
Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπάρῃος
ἐκ γενετῆς πολιάς, τὰς δὴ Γραίας καλέουσιν
ἀθάνατοί τε θεοὶ χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι,
Πεφρηδώ τ' εὔπεπλον Ἐνυώ τε κροκόπεπλον,
Γοργούς θ', αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο,
ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι,

V. 269. *ὠκείῃσι* M1.

V. 270. *Φόρκυνι* V1. Par. — *Γραίας*] Poeta, ni fallor, scripserat *παῖδας* pro *Γραίας*. Male enim habet *Κητὼ Γραίας τέκε ἐκ γενετῆς πολιάς, τὰς δὴ Γραίας καλέουσιν*. Nam haec verba non posse exprimere: atque ob eam causam Graeae sunt dictae, vix potest dubitari. Hermannus v. 271. 272. recentius additamentum esse putat post 273. traiiciendum. Sed ita non removetur ingrata ista nominis Graearum repetitio. *Καλλιπάρῃος* est Seleuci lectio, quam recepi propter v. 238. Graeas enim pulchras nemo facile dixerit. *Καλλιπαρήους* vulgatum et Draco Strat. p. 94. habet. Taur. *καλλιπαρῄας*.

V. 271. *γενεῆς* Rh.

V. 272. *τε* abest a M3.

V. 273. *Πεφρηδώ*] Vat. P2. M1. *Πεμφρηδώ*. Taur. *Τεφρηδώ* non male. V1. Par. Tzetzes ad Lycophr. 888. *Πεφριδώ*. Apud Zenob. Prov. I, 4. *Μεμφήδη*.

V. 276. *Σθενώ* M1. Par.; *Σθεννώ* M3.

V. 277. *ταὶ δ'* pro *αἱ δ'* Hermannus. — *ἀγήρῳ*] V2. M2. 3. Bar. *ἀγήρως*.

V. 281. *ἐξέθορε Χρυσάωρ*] Guiet. coniecit *ἔκθορε*; probavit Herm. ad Orph. p. 429., receperunt Gaisf. Dind. Tamen male me habet Attica illa correptio; retinui pristinam lectionem,

fere abhorrere videantur a cosmogonia generali, quae hactenus tractata est. Harpyiae, morborum, ut videtur, contagium, a Boreae filiis pellendae, ad Thraciam pertinent, Graeae cum Gorgonibus et Bellerophonte ad Argolidem etc.

V. 269. *μεταχρόνιαι*] Ut *μετηνέμιος* est celer ad instar venti, ita *μεταχρόνιος* est celer ad instar temporis. Vossius Epp. myth. I, 31. p. 228. ex Etym. M. sub v. *χρόνος μεταχρόνιος* interpretatur: zu den Himmelszeichen erhöht.

V. 271. *ἐκ γενετῆς πολιάς*] Diod. Sic. V, 32: *τὰ παιδία παρ' αὐτοῖς* (*τοῖς Κελτοῖς*) *ἐκ γενετῆς ὑπάρχει πολιὰ κατὰ τὰ πλεῖστα*. Cf. Plin. H. N. VII, 2.

V. 273. Deesse videtur versus, qui tertiam (*Δεινώ* vel *Ἰαινώ*) adiiceret Graeam; v. Aesch. Prom. 820. (Bl.) Apollod. II, 4. Palaeph. 32. Zenob. Prov. I, 41. Ex ternione Gorgonum id concludi potest.

V. 274. *πέρην*] I. e. si quis traiecturus Oceanum est, in insulis Oceani. V. Völcker. Geogr. myth. p. 20.

V. 275. *Ἑσπερίδες λιγύφωνοι*] *Διὰ τοῦτο ταύτας καλεῖ, διότι κατὰ μουσικὴν ἁρμονίαν οἱ ἀστέρες κινοῦνται περὶ τὰ Γάδειρα, ὡς Ἀριστοτέλης φησί*. SCHOL. Hoc dixisse Aristotelem admodum memorabile est.

V. 277. *ἀγήρῳ*] *Ἀγήρως*, quod antiqui codices (ad analogiam, ut videtur, vocabuli *ὁ*

Σθεινώ τ' Εὐρυάλη τε Μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα.
ἡ μὲν ἔην θνητή, αἱ δ' ἀθάνατοι καὶ ἀγήρῳ,
αἱ δύο· τῇ δὲ μιῇ παρελέξατο Κυανοχαίτης
ἐν μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
τῆς δ' ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,
ἐξέθορε Χρυσάωρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος.
[τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ' ἄρ' Ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς

quum α in Χρυσάωρ sit anceps, ita ut per synizesin proferendum sit, ut Wolfius volebat. Χρύσαορ cum V1. 2. Par. Taur. scribi vetat analogia Graecae linguae. — Pro τε μέγας Vat. τι μένος. M1. τι μέγας Εὐπήγασος.

V. 282 seqq. Hos versus pro spuriis habet Wolfius propter additam etymologiam. Sed eiusmodi derivationis exempla sunt etiam apud Hom. Il. IX, 498. 507. XIX, 91. Multo magis suspicionem movent χὠ crasis non epica (de aliis scripsit Spitzner. Exc. XIII. ad Il. p. XVIII.), ἀποπτάμενος de Pegaso dictum, qui ab antiquioribus poetis alis non erat instructus (v. annot. ad v. 6.; nam nimis artificiosa est Vossii explicatio Epp. myth. I. p. 247.), et μητέρα μήλων hic inepto loco additum. Aliter Hermannus, qui alium ex vetustioribus poetis scripsisse putat παρὰ πηγὰς Ὤιχετ' ἀποπτάμενος προλιπὼν χθόνα μητέρα μήλων, alium περὶ πηγὰς Ἵκετ' ἐς ἀθανάτους, versum autem 283. sic scriptum γέντο δ' ἄορ χρύσειον ἑλὼν μετὰ χ. φ. parenthetice traiiciendum esse post v. 280. Sed membrorum aequalitas poscere videtur, ut post etymologiam Pegasi nominis sequatur etymologia Chrysaoris. Atque hoc quidem nomen sine dubio derivandum est ab ἄορ, quod negaverat Völck. Myth. gentis Iapet. p. 233. Muetzellius p. 67: γείνεθ', ὁ δ' ἄορ ἔχεν χρύσεον.

V. 282. ὅτ' ἄν Bar. — περὶ] Taur. P2. παρά. M1. παρὰ πηγήν.

ἤρως) praebent, exortum esse videtur ex versu Homerico: σὺ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως, Od. V, 218., qui in memoria haerebat scribis. Nam quod σῶς pro nominativo plurali habent, non probari grammaticis rationibus demonstravi in animadversionibus ad Theodos. Gr. p. 228. De accentu ἄγηρως et ἀγήρως dixi Allgem. Lehre v. Acc. p. 288.

V. 280. Fabulam Argolicam de Perseo et Medusa ingeniose tractavit Müllerus Prolegg. ad Myth. p. 307. Vellem addidisset suam de Graeis sententiam. Nam neque Hermanni sententia, qui Salaciam et Veniliam interpretatur Pemphredo et Enyo, neque Völckeri (Geogr. myth. p. 17.), qui pericula Oceani occidentalis significari putat, admitti posse videtur. Eadem videtur Gorgonibus atque Graeis inesse notio, ita tamen ut activa sterilitatis notio Gorgonibus, passiva, ut ita dicam, Graeis significaretur. Nam summae apud Graecos debilitatis atque sterilitatis notio est nasci cum canis capillis. Cf. Oper. 181. Deinde vereor, ne Τεφρηδώ verius sit nomen, a τέφρα (τεφρίζω) derivandum, cuius color fere congruit cum nomine Graearum. Nam ut a φρίσσω cum Welckero (Tril. Aesch. p. 382.) nomen Πεφριδώ derivem, propter radicem verbi φρίσσω non adducor, quae habet literam palati.

V. 282. ὅτ' ἄρ'] Sic infra v. 478. et Hom. Il. VIII, 251: οἶδ'

*γένθ', ὁ δ' ἄορ χρύσειον ἔχεν μετὰ χερσὶ φίλησι.*
*χὠ μὲν ἀποπτάμενος, προλιπὼν χθόνα μητέρα μήλων,*
*ἵκετ' ἐς ἀθανάτους· Ζηνὸς δ' ἐν δώμασι ναίει,*
*βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι.]*
*Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικάρηνον Γηρυονῆα*
*μιχθεὶς Καλλιρόῃ κούρῃ κλυτοῦ Ὠκεανοῖο.*
*τὸν μὲν ἄρ' ἐξενάριξε βίη Ἡρακληείη*
*βουσὶ πάρ' εἰλιπόδεσσι περιῤῥύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ,*
*ἤματι τῷ ὅτε περ βοῦς ἤλασεν εὐρυμετώπους*

V. 283. *γένθ'*] Ita Tr. Ceteri *γείνεθ'* praeter Bar. M3., qui habent *γείναθ'*, et M1., qui praebet *γένεθ' — φίλοισι.* — Pro *ἔχεν* Pl. 2. Tr. Bar. Dind. *ἔχων.* — *φρεσὶ φίλησι* M2.

V. 285. *ἐν* abest a V1.

V. 287. *τρικάρηνον*] M1. 2. 3. V1. Par. Bar. *τρικέφαλον.* Et sic Schol. Aristoph. Eq. 414. Defendere conati sunt Meier Isler: Quaest. Hesiod. specimen p. 12. et Muetzell. p. 450. Frustra.

V. 288. *μιχθεὶς Καλλιρόῃ*] Hic versus in margine additus in M3. in A. Tr. inepto loco post 279. legitur; in V1. Par. tamen prorsus deest. Unde suspicor alium in quibusdam codicibus versum a *μιχθείς* incipientem post 279. lectum esse, ut: *ἐν μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν Μιχθεὶς Φόρκυνος κούρῃ κλειτοῖο Μεδούσῃ.*

V. 289. *ἐξηνάριξε* M3.

V. 290. *βουσὶν ἔπ' — ἐν Ἐρ.* M2.; *εἰλιπ.* M3.; *ἐν Ἐρ.* V1.

V. 291. *περὶ βοῦς* V1.

V. 293. *Ὄρθον*] Sic M1. 2. 3. Vat. V1. 2. Schol. Pind. Isthm. I, 15. *Ὄρθην* Taur. *Ὄρθρον* Bar.

V. 295. *οὐδὲ ἐοικὸς* V1. Par.

V. 300—305. Secutus sum antiquos codices et editiones praeter Taur., qui habet 303. 304. 305. 301. 302. Qui sequuntur Heynii rationem, ut Wolf., Gaisf., Dind., Boisson., versus 304. et 305. post v. 300. collocant. Ego vero, qui Hermanni iu-

*ὡς οὖν εἴδονθ', ὅτ' ἄρ' ἐκ Διὸς ἤλυθεν ὄρνις.*

V. 284—286. Quae hic de Pegaso narrantur mira sunt nec a quoquam alio poeta tradita praeter Euripidem, qui in Bellerophonte ita: *ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ*, quanquam neque ita cum Hesiodo prorsus convenit, quum Pegasus dicatur *ἀστραπηφορεῖν*, quod currum Iovis vehit. V. de hoc versu Euripideo Schol. ad Aristoph. Pac. 721. coll. Vossii Epp. myth. I. p. 248. et Boeckhii not. ad Pind. Ol. IV, 1. Völcker. Myth. gent. Iap. p. 188. Sed omnium doctissime de Pegaso disputavit Lenzius in Nov. Mercur. Teut. a. 1796. p. 263. Duplex est autem *φέρει* illud explicandi ratio; aut ita intelligendus est locus Hesiodi, ut Pegasus Iovi fulmina afferre a Cyclopibus dicendus sit, quemadmodum columbae Od. XII, 63. ambrosiam, aut ita, ut currum Iovis, arma fulminum gestantem (unde *ἐγχεικέραυνος* a Pindaro dicitur Iuppiter), vehere dicatur. Hinc etiam Aurora, quae item Pegaso utebatur, *μονόπωλος* audit Euripidi Oreste 1004. Atque alteri quidem sententiae id primum bene convenit, quod Trygaeus apud Aristophanem Pace v. 73. cantharum suum,

Τίρυνθ' εἰς ἱερήν, διαβὰς πόρον Ὠκεανοῖο,
Ὄρθον τε κτείνας καὶ βουκόλον Εὐρυτίωνα
σταθμῷ ἐν ἠερόεντι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο.
Ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲν ἐοικὸς
θνητοῖς ἀνθρώποις οὐδ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
σπῆϊ ἔνι γλαφυρῷ, θείην κρατερόφρον' Ἔχιδναν,
ἥμισυ μὲν νύμφην ἑλικώπιδα, καλλιπάρῃον,
ἥμισυ δ' αὖτε πέλωρον ὄφιν, δεινόν τε μέγαν τε,
[ποικίλον, ὠμηστήν, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης.

dicium de prooemii interpolationibus verissimum puto, variarum recensionum vestigia agnovisse etiam in his versibus mihi visus eram. Alius ita ceciuit:

Ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲν ἐοικὸς
θνητοῖς ἀνθρώποις οὐδ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
σπῆϊ ἔνι γλαφυρῷ, θείην κρατερόφρον' Ἔχιδναν,
ποικίλον, ὠμηστήν, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης.
Ἔνθα δέ οἱ σπέος ἐστὶ κάτω κοίλῃ ὑπὸ πέτρῃ
τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων.

In his *ὠμηστής* est fere substantivi loco (cf. de similibus Schaef. ad Soph. Trach. 1127. et Lobeck. ad Ai. 224.); de *ποικίλος* fem. v. Naek. Choer. p. 267.; *σπῆϊ ἔνι γλαφυρῷ* non intelligitur de spelunca Echidnae, sed de ea, in qua parta erat Echidna. Alius vero:

Ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲν ἐοικὸς
θνητοῖς ἀνθρώποις οὐδ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
ἥμισυ μὲν νύμφην ἑλικώπιδα, καλλιπάρῃον,
ἥμισυ δ' αὖτε πέλωρον ὄφιν, δεινόν τε μέγαν τε·
ἡ δ' ἔρυτ' εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ Ἔχιδνα
ἀθάνατος νύμφη καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα·
ἔνθ' ἄρα οἱ δάσσαντο θεοὶ κλυτὰ δώματα ναίειν.

Sed nunc magis cum Hermanno facio alteri recensioni adscribente vv. 295—300., 303., alteri 295—299., 304., 305., 301., 302.

quem ipse tanquam Pegasum alloquitur, Aetnaeum dicit animal, nec ineptum videtur dictum esse Pegasum propterea Aetnaeum, quod Iovi ex Aetna fulmina afferre putabatur; deinde huic sententiae patrocinatur v. 505. At quum nemo fere praeter Hesiodum h. l. de Pegaso Iovi fulmina afferente dicat, unus fortasse rhapsodorum fuit, qui versum 283. coniungeret cum v. 286., ut Chrysaor Iovi fulmina subministraret gladio aureo tradito, quod fere conspirare videtur cum *ἐγχεικεραύνῳ Ζηνὶ* Pindari, quum *ἔγχος* non uno loco apud tragicos de gladio dicatur.

V. 287. *τρικάρηνον*] *Στησίχορος δὲ καὶ ἓξ χεῖρας ἔχειν φησὶ καὶ ἓξ πόδας καὶ ὑπόπτερον εἶναι. — ἦν δὲ ὁ Γηρυονεὺς Τιρύνθιος.* SCHOL. Hoc ultimum unde habeat scholiasta, nescire me fateor. Multo probabilius Herculem dixisset Tirynthium. Nam propter ipsum Herculem additum esse videtur *ἱερήν*, non propter moenia Cyclopia, quae scholiastae est sententia.

V. 290. *Ἐρυθείῃ*] V. Heynium Apollod. II. p. 158 seq. Mülleri Dor. I. p. 422 seq.

V. 293. *Ὄρθος*] Aptissime *Ὄρθος* (Altus) et *Εὐρυτίων* (Latus) custodes sunt constituti, i. e.

ἔνθα δέ οἱ σπέος ἐστὶ κάτω κοίλῃ ὑπὸ πέτρῃ
τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων·
ἔνθ' ἄρα οἱ δάσσαντο θεοὶ κλυτὰ δώματα ναίειν.]
ἡ δ' ἔρυτ' εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ Ἔχιδνα,
ἀθάνατος νύμφη καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.
Τῇ δὲ Τυφάονά φασι μιγήμεναι ἐν φιλότητι,
δεινόν θ' ὑβριστήν τ' ἄνομόν θ' ἑλικώπιδι κούρῃ·
ἡ δ' ὑποκυσαμένη τέκετο κρατερόφρονα τέκνα.
Ὄρθον μὲν πρῶτον κύνα γείνατο Γηρυονῆϊ·

V. 301. *κάτω* abest a Ml.
V. 306. *φασί* deest in Vl. — *ἐνὶ φ.* Ml.
V. 307. Ml. 2. 3. P. *ἄνομον*, Vl. 2. Taur. Bar. RS. *ὑβριστὴν ἄνομόν θ'*. Vulgo *ἄνεμον ἑλ.* Utramque lectionem agnoscit scholiasta. Sed quod nunc ex codicibus recepi sine dubio apud Hesiodum legit Sophocles Trach. 1093. *ὑβριστήν, ἄνομον* de exercitu Centaurorum dicens. Cf. Muetzell. p. 258. — Pro *κούρῃ* Vat. Bar. *νύμφῃ*. Ml. *νύμφῃ*, in m. *γρ. κούρῃ*.

montium altitudo et longinqui terrarum tractus. *Ὄρθρος*, qui legitur ap. Nonn. Dion. XXXI, 137., huc non quadrat. Aliter Welcker. Tril. p. 129., qui *Ὄρθρον* tuetur.

V. 304. *Ἀρίμοισιν*] V. Pindar. Fragm. XCIII. Boeckh.: *ἀλλ' οἶος ἄπλατον κεράϊζες θεῶν Τυφῶνα — ἐν Ἀρίμοις ποτέ*, ubi *εἰν Ἀρίμοις*, quod Boeckhius suasit, loco Hesiodeo sustentatur. Strabo XIII. p. 626. D: *πιθανώτατος δ' ὁ Σκήψιος ἡγεῖται τοὺς ἐν τῇ κεκαυμένῃ τῆς Μυσίας τοὺς Ἀρίμους τιθέντας.* Arimi postea Aramaei et Syri. De Arimane Persarum apud Hesiodum nolim cum Welckero (Tril. Aesch. p. 316.) cogitare, quanquam Typhonis natura prorsus cum Arimanio congruere videtur. De *υ* brevi in *ἔρυτο* v. Buttm. Lexil. I. p. 65.

V. 306. De Typhaone vid. v. 821.

V. 308. *ὑποκυσαμένῃ*] Sic scribendum esse, *υ* litera longa, non *ὑποκυσσαμένῃ* docuit Herm. de Aesch. Danaid. p. XV. (Opusc. I, 335.). „*Κύειν*," ita vir doctissimus, „est fecundare, unde *κῦμα*, a grammaticis de fetu annotatum, Aeschylus atque Euripides usurparunt, *κυεῖν* autem parere." Caveas vero, ne in *ὑποκυσαμένῃ* passivam agnoscas significationem; nihil significat nisi: empfangen habend.

V. 311. *χαλκεόφωνον*] Sic Stentor ab Homero Il. V, 785. dicitur *χαλκεόφωνος*, cuius vox est tubae instar, unde putaverim non prorsus incognitum fuisse tubarum usum heroicis temporibus, de qua re dubitabat Aurel. Victor H. R. 9. Narratio est apud Paus. Corinth. 21, 3: *Ἀθηνᾶς δὲ ἱδρύσασθαι Σάλπιγγος ἱερόν φασιν Ἡγέλεων. Τυρσηνοῦ δὲ τόνδε τὸν Ἡγέλεων, τὸν δὲ Ἡρακλέους εἶναι καὶ γυναικὸς λέγουσι τῆς Λυδῆς, Τυρσηνὸν δὲ σάλπιγγα εὑρεῖν πρῶτον, Ἡγέλεων δὲ τὸν Τυρσηνοῦ διδάξαι τοὺς σὺν Τημένῳ Δωριέας τοῦ ὀργάνου τὸν ψόφον.* Ceterum Tyrrheni sunt Pelasgi, non Etrusci (v. ad v. 1014.). Hinc recte Nonnus Dion. 47, 568: *Πελασγιὰς ἔβρεμε σάλπιγξ.* Cf. Lobeck. ad Soph. Ai. 17. Cerberi vocabulum Herm. de myth. Gr. antiq. p. XIII. a *κρεμερός* traiectis literis derivavit; mihi

δεύτερον αὖτις ἔτικτεν ἀμήχανον, οὔτι φατειὸν
Κέρβερον, ὠμηστήν, Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον,
πεντηκοντακάρηνον, ἀναιδέα τε κρατερόν τε·
τὸ τρίτον Ὕδρην αὖτις ἐγείνατο, λύγρ' εἰδυῖαν,
Λερναίην, ἣν θρέψε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
ἄπλητον κοτέουσα βίῃ Ἡρακληείῃ.
καὶ τὴν μὲν Διὸς υἱὸς ἐνήρατο νηλέϊ χαλκῷ
Ἀμφιτρυωνιάδης σὺν ἀρηϊφίλῳ Ἰολάῳ
Ἡρακλέης βουλῇσιν Ἀθηναίης ἀγελείης.

V. 308. *τέκετο*] V2. *τέκε*, M3. *γένετο*, Par. *τέτρηκε*.
V. 309. Med. *Γηρυονῆα*, sed supra *ι*.
V. 312. M1. 2. 3. V1. Par. et Schol. Soph. Tr. 1090. *πεντηκοντακέφαλον*, quod recepit Orell. In M2. deest *τε* post *ἀναιδέα*.
V. 315. *ἄπλητον*] Herm. ap. Frankium ad Hom. hymn. Cer. 83. *ἄπληστον*. V. ad v. 151.
V. 317. *Ἀμφιτρυονίδης* M1.

vero cum *βάρβαρος* etymologia videtur cognata esse, si *καρβάνου* vocabulum in comparationem voco, quod ipsum cognatum est Caribus, qui Graecis primi sunt barbari. Usurpatur igitur *Κέρβερος* de voce. Paulo aliter Welcker. Tril. Aesch. p. 130.

V. 312. *πεντηκοντακάρηνον*] Hoc epithetum non consentaneum esse cum altero theogoniae loco diximus infra. Sed ex alterius scholiastae verbis patere videtur versum 312. non pertinere ad Cerberum, sed ad Typhonem traiectumque post 306. esse in eius exemplari. Nam ita loquitur: *ὁ μὲν Πίνδαρος* [Pyth. I, 16. VIII, 16. Ol. IV, 8. Fragm. XCIII, 4.] *ἑκατοντακέφαλόν φησιν εἶναι τὸν Τυφωέα, οὗτος δὲ πεντηκοντακέφαλον.* Sed infra v. 825. aliter de Typhoeo narratur.

V. 313. *Ὕδρην*] Etiam haec fabula est Argolica. Cf. Buttm. Myth. II. p. 93. Ceterum hunc locum usque ad 336. in animo habuisse videtur Nicander Ther. 8: *Ἀλλ' ἤτοι κακοεργὰ φαλάγγια, σὺν καὶ ἀνιγροὺς Ἑρπηστάς, ἔχιάς τε καὶ ἄχθεα μυρία γαίης Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ' αἵματος, εἰ ἐτεόν περ Ἀσκραῖος μυχάτοιο μελισσήεντος ἐν ὄχθαις Ἡσίοδος κατέλεξε παρ' ὕδασι Περμησσοῖο.* Ista enim *κακοεργὰ φαλάγγια*, quae ex stirpe Titanum (hoc est enim illud *Τιτήνων ἀφ' αἵματος*) orta dicuntur, sunt Hydra, Chimaera, Sphinx cet., ita ut scholiastam Nicandri ad h. l. sic dicentem: *ἰστέον δὲ, ὅτι ψεύδεται ὁ Νίκανδρος ἐνταῦθα· οὐδαμοῦ γὰρ τοῦτο εἶπεν Ἡσίοδος ἐν τοῖς πραττομένοις*, errasse pateat, quum illud *ἀφ' αἵματος* crassa Minerva intellexerit. Certe haec verba theogoniam nostram non arguunt lacunae, ut putabat Muetzell. p. 497. Cf. similes scholiastarum locos a Lobeck. Aglaoph. p. 567. indicatos.

V. 315. *ἄπλητον*] I. e. (a *πελάω*, non a *πίμπλημι*) qui tanta correptus iracundia est, ut vix accedere ad eum liceat. Cf. annot. ad v. 151.

V. 316. *τὴν*] pro *ἣν* esse male putat Franck. Callin. p. 197.

ἡ δὲ Χίμαιραν ἔτικτε, πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ,
δεινήν τε μεγάλην τε, ποδώκεά τε κρατερήν τε.
τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· μία μὲν χαροποῖο λέοντος,
ἡ δὲ χιμαίρης, ἡ δ' ὄφιος, κρατεροῖο δράκοντος,
[πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ Χίμαιρα,
δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.]
τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.
ἡ δ' ἄρα Φῖκ' ὀλοὴν τέκε, Καδμείοισιν ὄλεθρον,
Ὄρθῳ ὑποδμηθεῖσα, Νεμειαῖόν τε λέοντα,
τόν ῥ' Ἥρη θρέψασα, Διὸς κυδνὴ παράκοιτις,
γουνοῖσιν κατένασσε Νεμείης, πῆμ' ἀνθρώποις.
ἔνθ' ἄρ' ὅγ' οἰκείων ἐλεφαίρετο φῦλ' ἀνθρώπων,

V. 320. *ποδώκεαν* M1., in M2. *τε* ante *κρατερήν* deest.
V. 321. *τῆς δ' αὖ* M3.
V. 323 seq. Versus impacti sunt ex Hom. Il. VI, 181. WOLF. Recte, nam male cohaerent syntaxi cum antecedentibus et v. 324. prorsus abest a M3. Par. Si diversae haec essent recensionis, exspectaremus accusativum (*πρόσθε λέοντα*) pro nominativo. M1. *πρόσθεν — ὄπισθεν*, M2. V1. Par. *ὄπισθε*.
V. 326. *Φῖκ'*] Sic bene ex V2. et scholiis reposuit Graevius pro *Σφίγγ'*. Notum enim est *Φίκιον ὄρος* Boeotis a Sphinge dictum. Festus v. Picati, Lycophr. v. 1463. Haec allegavit Graevius. M1. *Σφίκ'*, V1. *φίγγ'*, M4. *σφίγ'*. Cf. Lobeck. Paral. p. 103.
V. 328. *τόν ῥ' Ἥρη — κυδνὴ*] V1. 2. *τὸν δ' Ἥρη — κυδρὴ*, M1. *τὸν Ἥρη — κυδρή*. *Κυδρὴ* etiam P2. Taur. M3.

V. 319. *ἀμαιμάκετον πῦρ*] Derivari solet a *μαχέομαι, μαχετός* (v. Schneid. ad Plat. Polit. II. p. 195.; *ἀμάχετος* habet Aeschyl. Sept. 85.) facta primae syllabae duplicatione atque addito *α* privativo. Atque corroborari videtur haec derivatio scriptura A. *ἀμαιμάχετος*. Unde *ἱστὸν ἀμαιμάκετον* apud Hom. Od. XIV, 311. non esse procerum malum (ut *περιμήκετος* ap. Arat. Ph. 249.), sed in quem venti incassum annitantur, concludas. Sed rectius Doederlinus de *ἄλφα* intens. p. 10. a *μαιμάσσω* derivat. Reisig. ad Soph. O. C. 125. quin ortum sit a *μαιμᾶν* non dubitare se dicit, in qua derivatione exitum vocabuli miror. Varias de Chimaera veterum opiniones collegit Muetzell. p. 455.

V. 321. *ἦν*] Non esse singularem numerum, ut grammatici antiqui volebant (v. c. Herodian. *περὶ σχημάτ.* p. 60, 15.), dixi ad v. 183.

V. 325. *Πήγασος — καὶ Βελλεροφόντης*] I. e. Bellerophontes auxiliante Pegaso.

V. 326. *Φῖκ'*] *Φίκιον ὄρος* haud procul a Thebis. V. Scut. Herc. 33.

V. 327. *Ὄρθῳ*] Apollod. III, 5. *Τυφῶνι*.

V. 331. *Τρητοῖο*] In Treto monte spelunca erat Nemeaei leonis. Diod. Sic. IV, 11: *Διέτριβε δὲ μάλιστα μεταξὺ Μυκηνῶν καὶ Νεμέας περὶ ὄρος τὸ καλούμενον ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Τρητόν· εἶχε γὰρ περὶ τὴν ῥίζαν διώρυχα διηνεκῆ, καθ' ἣν εἰώθει φωλεύειν τὸ θηρίον.*

V. 333. *Φόρκυι*] Choerobosc. Bekk. Anecd. p. 1199:

κοιρανέων Τρητοῖο Νεμείης, ἠδ' Ἀπέσαντος·
ἀλλά ἑ ἶς ἐδάμασσε βίης Ἡρακληείης.
Κητὼ δ' ὁπλότατον Φόρκυι φιλότητι μιγεῖσα
γείνατο δεινὸν ὄφιν, ὃς ἐρεμνῆς κεύθεσι γαίης
πείρασιν ἐν μεγάλοις παγχρύσεα μῆλα φυλάσσει.
τοῦτο μὲν ἐκ Κητοῦς καὶ Φόρκυνος γένος ἐστί.

---

Τηθὺς δ' Ὠκεανῷ Ποταμοὺς τέκε δινήεντας,
Νεῖλόν τ' Ἀλφειόν τε καὶ Ἠριδανὸν βαθυδίνην,
Στρυμόνα, Μαίανδρόν τε καὶ Ἴστρον καλλιρέεθρον,
Φᾶσίν τε Ῥῆσόν τ', Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην

V. 329. *Νεμείοις* M1.
V. 331. *Τρητοῖο*] Vulgo *τρητοῖο*. Correxerunt Sevinus et Clericus. Delevi posituram post *Τρητοῖο*, ut sit *Τρητόν*, qui est Nemeae mons.
V. 334. *κεύθει* M1.
V. 336. *Φόρκυνος*] *Φόρκυος* M2. V2. *κὰκ Φόρκυνος*. M1. *καὶ ἐκ Φόρκυνος*.
V. 339 seq. desunt in M2. ratione aperta.
V. 340. *Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην*] V2. *Ἀχελώϊόν τ' ἀργυροδίνην*, unde Gaisf. Dind. cum Guieto *Ἀχελῷόν τ' ἀργυροδίνην*. Sed haec contractio non decet antiquum epicum poetam. Cf. ad v. 342. Apud Nonnum demum est *Ἀχελῷος*. M1. *τε καὶ Ἀχελώϊον*.

ἡ αἰτιατικὴ ἡ Φόρκυν θ' Ἱπποθόαν τε ἀπὸ ἄλλης εὐθείας ἐστίν, ὡς ἀπὸ τοῦ ὁ Φόρκυς τοῦ Φόρκυνος, ὥσπερ βότρυς βότρυος. Recentiores inde a Pind. Pyth. XII, 23. *Φόρκος* forma usi sunt.

V. 334. *ὄφιν*] Lado serioribus audit, qui una cum Hesperidibus aurea poma custodit; v. Heyn. ad Apoll. p. 169. — *κεύθεα γαίης* speluncam denotant, draconis domicilium. Cf. tamen Schol. Apoll. IV, 1396.

V. 337—345. Memorabilis hic locus est propter geographiam temporis Hesiodei. Nilum primus memorat Hesiodus, qui apud Homerum *Αἴγυπτος* audit; (v. Laurent. Lyd. de mens. IV, 68. Etiam Phasis in Colchide non memoratus Homero); ex Scythia Istrum et Ardescum (quem esse Salmydessum Vossius suspicatus est de geograph. antiq. p. XVII.), ex Macedonia Haliacmonem, ex Thracia Strymonem et Nessum. V. 338. etiam Eridanum memorat, quem Padum esse iam Hesiodo ex Ligybus suspiceris (v. animadvers. ad 518. Welcker. Tril. Aesch. p. 566 seq.), ex Epiro, Graeciae umbilico, Acheloum et Evenum, ex Peloponneso Alpheum et Ladonem, e Thessalia Peneum. Nihil de ceteris Graeciae Europaeae fluminibus, quum multus sit in enarrandis Asiae fluviis et praesertim Troiae. Ad Troiam pertinent Scamander, Simois, Sangarius, Rhodius, Nessus, Heptaporus, Granicus, Aesepus, ad Lydiam Maeander cum Hermo, ad Mysiam Caicus, ad Paphlagoniam Parthenius. Boeotiae fluvios eum sicco pede transiisse valde memorabile esse videtur.

V. 339. *Ἴστρον*] Hesiodi

*Νέσσον τε, Ῥοδίον θ' Ἁλιάκμονά θ' Ἑπτάπορόν τε,*
*Γρήνικόν τε καὶ Αἴσηπον, θεῖόν τε Σιμοῦντα,*
*Πηνειόν τε καὶ Ἕρμον, ἐϋρρείτην τε Κάϊκον,*
*Σαγγάριόν τε μέγαν, Λάδωνά τε Παρθένιόν τε,*
*Εὔηνόν τε καὶ Ἄρδησκον, θεῖόν τε Σκάμανδρον.*
*Τίκτε δὲ θυγατέρων ἱερὸν γένος, αἳ κατὰ γαῖαν*
*ἄνδρας κουρίζουσι σὺν Ἀπόλλωνι ἄνακτι*
*καὶ Ποταμοῖς, ταύτην δὲ Διὸς πάρα μοῖραν ἔχουσι,*

V. 341. *Ῥοδίον*] Sic scripsi cum M3. pro *Ῥόδιον*; v. Arcad. de accent. p. 39, 15 seq.: *τὰ διὰ τοῦ διος προπαροξύνονται, εἰ μὴ τρισύλλαβα ὄντα τριβράχεα εὑρεθῶσι. καὶ πρὸς διαστολὴν κυρίων καὶ ἐπιθέτων, ὥσπερ ἔχει τὸ Ῥοδίος καὶ Σχεδίος.* Sic corrigendus est hic locus ex Eustath. ad Il. p. 890. I. Philop. *Ῥόδιος* praetulisse videtur. Porro *Ῥοδίον τε Λιάκμονα* M3.

V. 342. *θεῖόν τε Σιμοῦντα*] Schol. Ven. Il. XII, 22. Fr. Frankius ad hymn. Hom. Apoll. Del. 36. *θεῖον Σιμόεντα* scriptum fuisse suspicatur. Cf. annot. ad v. 340., nisi forte verius *Σιμόεντά τε θεῖον* cum Hermanno fuisse credas.

V. 343 seq. M3. habet 344. 343.

V. 344. *Παρθέλλιον* M1.

V. 345. *Ἄρδησκον*] V2. M1. *Ἄλδησκον*, quae est recentior forma. *Ἄλδισκος* et *Ἄρδισκος* ex mala pronuntiatione *η* literae sunt orta; nam hoc si voluissent Graeci, *Ἀρδίσκον* pronuntiassent.

tempore iam ausos esse homines Pontum Euxinum navigiis petere hic locus demonstrat. V. Vossii Geogr. ant. p. XVII.

V. 347. *ἄνδρας κουρίζουσι*] *καὶ γὰρ Ἀπόλλωνι καὶ ποταμοῖς οἱ νέοι ἀπέτεμον τὰς κόμας διὰ τὸ αὐξήσεως καὶ ἀνατροφῆς αἰτίους εἶναι, ὡς Ὅμηρος· Σπερχεἶ', ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεύς· τὰ γὰρ ὕδατα αὐξητικὰ καὶ ὁ Ἥλιος.* SCHOL. Eandem sententiam Creuzerus sequi videtur Symb. II. p. 161., quamvis prorsus inter se differant Apollo et Sol. Sed satis apertum est causam, cur fontibus, fluminibus et Apollini hoc servandorum puerorum traditum negotium esset, eam fuisse, ut et corpus et animam servarent pura. Cf. Alexand. Aet. ap. Parthen. p. 15. Passov.: *κρήναις καὶ ποταμοῖς νίψατ' ἀεικὲς ἔπος*, et quae habet Müllerus Dor. I. p. 325 seq.

V. 349 — 361. Ad indagandam nominum Oceanidum significationem plurimum facere videtur versus 364 seqq. *Ὠκεανῖναι, αἵ ῥα πολυσπερέες γαῖαν καὶ βένθεα λίμνης πάντῃ ὁμῶς ἐφέπουσι*: in eis nymphis, quae *γαῖαν ἐφέπουσι*, habendae sunt *Εὐρώπη*, *Ἀσίη* (de notione huius vocabuli amplius paulatim patente v. Naekium Choeril. p. 115.), *Δωρίς*, quae notat Doriensium terram, *Ῥόδεια* (male Gaisf. *Ῥοδεία*), quae Rhodum insulam (nisi haec antiquissimae mythologiae tempora paulo sunt remotiora ab Rhodi memoria, cf. Plin. H. N. 11, 87.), *Περσηΐς*, quae Persiam, *Ἰάνειρα* (nisi ab *ἰαίνω* derivare malis), quae Ionum terram denotare videtur (factum hoc nomen ab *Ἰάν*, ut a *πρέσβυς πρέσβειρα*, a *Κὰρ Κάειρα*, a *πῖος πίειρα*, ab *ἴλαος Ἰλάειρα*, v. Buttm. Mythol. II. p. 180. Priores syllabae nominis

Πειθώ τ' Ἀδμήτη τε, Ἰάνθη τ' Ἠλέκτρη τε,
Δωρίς τε Πρυμνώ τε καὶ Οὐρανίη θεοειδής,
Ἱππώ τε Κλυμένη τε, Ῥόδειά τε Καλλιρόη τε,
Ζευξώ τε Κλυτίη τ', Εἰδυῖά τε Πασιθόη τε,
Πληξαύρη τε Γαλαξαύρη τ', ἐρατή τε Διώνη
Μηλόβοσίς τε, Θόη τε καὶ εὐειδὴς Πολυδώρη,
Κερκηΐς τε, φυὴν ἐρατή, Πλουτώ τε βοῶπις,
Περσηΐς τ' Ἰάνειρά τ', Ἀκάστη τε Ξάνθη τε,

De duplici huius fluminis scriptura v. Bernhardy ad Dionys. v. 314. Pro Σκάμανδρον V2. Κάμανδρον.

V. 347. σὺν Ἀπόλλωνι ἄνακτι] V2. Wolf. Ἀπόλλωνι ξὺν ἄνακτι.

V. 348. περὶ Διὸς M2. 4.

V. 349. Ἀτμήτη V1. Par. Postea Voss. ad hymn. Cer. p. 119. καὶ Ἠλέκτρη καὶ Ἰάνθη.

V. 351. Ῥοδία M1. 2.

V. 352. Ἰδυῖα Πασιθόη M1., Πεισιθόη M2. V1. Par.; τ' Εἰδυῖα M3. et schol. pro τε Ἰδυῖά vulgato.

V. 353. Ἐρατώ V1. Par.; pro Γαλαξαύρη hymn. Cer. 423. Ταλαξαύρη, M2. Γαλαξόρη, M4. Γαλαξάρη.

V. 355. Πλουτή M1.

V. 356. Ἰάνειρα] Taur. Ἰηάνειρα. RS. Περσηΐς τ' ἐρόεσσα e versu sequente.

in unam videntur coalescere debere, undecunque derivaris; nam unde Vossius hymn. Cer. p. 120. deduxerit, ignorare me fateor. Cursim moneo Ἰόνιον, prima longa, secunda brevi, et Ἰώνιον, prima brevi et secunda longa, prorsus ad eandem regulam vel corripi vel produci a poetis, ut Κρονίονος antepenultima producta, penultima vero correpta, et Κρονίωνος antepenultima correpta, producta vero penultima. Sic a poetis ad prosaicos legitime traductus est Ἰόνιος κόλπος, non Ἰώνιος, detectus ille et nominatus a Phocaeensibus Ionibus. V. Herod. I, 163.). Cetera nomina Oceanidum varias notant fontium virtutes, ut Καλλιρόη, Ὠκυρόη, Θόη, Πασιθόη, Πλουτώ, Πολυδώρη, Κλυμένη, Κλυτίη, Μηλόβοσις, Ἱππώ, Εὐρυνόμη, quarum significatio perspicua est. Minus plana sunt nomina Πειθώ (quae fossa se includi patitur), et quae huius contrarium significat Ἀδμήτη, Ἠλέκτρη pellucida, Ξάνθη lutea, Γαλαξαύρη, quae lacteum succum procreat (v. Voss. ad hymn. Cer. p. 121.), Ζευξώ coniuncta e duobus, Ἀμφιρώ bifida (quod recte vidit Hermannus), Μενεστώ tarde fluens, Πετραίη e saxo prosiliens, Πληξαύρη, quae ab rupe abscissa se deiiciens aerem verberat, Οὐρανίη, quae imbribus nutritur (χειμάῤῥους, aliter Voss. p. 121.), Πρυμνώ, quae a summis montium fastigiis descendit, Τελεστώ, quae prope a mari prosilit, Διώνη, quae utilitati est late patentibus terrarum tractibus (derivanda est enim a διά praepositione et ὀνίνημι; ω illud analogiam habet in διωβελία et quae sunt eiusdem generis), Καλυψώ, quae luto fecundo inducit terram, quum super ripas effluit. Minus huc pertinere videntur Κερκηΐς (quod

Πετραίη τ' ἐρόεσσα, Μενεστώ τ' Εὐρώπη τε,
Μῆτίς τ' Εὐρυνόμη τε, Τελεστώ τε κροκόπεπλος
Κρηνηΐς τ', Ἀσίη τε καὶ ἱμερόεσσα Καλυψώ,
Εὐδώρη τε, Τύχη τε καὶ Ἀμφιρὼ Ὠκυρόη τε,
καὶ Στύξ, ἣ δή σφεων προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.
αὗται δ' Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος ἐξεγένοντο
πρεσβύταται κοῦραι. πολλαί γε μέν εἰσι καὶ ἄλλαι.
τρὶς γὰρ χίλιαί εἰσι τανύσφυροι Ὠκεανῖναι,
αἵ ῥα πολυσπερέες γαῖαν καὶ βένθεα λίμνης
πάντῃ ὁμῶς ἐφέπουσι, θεάων ἀγλαὰ τέκνα.
τόσσοι δ' αὖθ' ἕτεροι ποταμοὶ καναχηδὰ ῥέοντες,
υἱέες Ὠκεανοῦ, τοὺς γείνατο πότνια Τηθύς·

V. 358. *Τελεστώ*] Sic M1.2.3. V2. Bar. Taur. pro *Τελεσθώ*, quod male effictum ad normam imperativi peccat contra analogiam, ut *Μενεσθώ* v. 357., pro quo *Μενεστώ* scripsi cum V2. *Τελεσθώ* et *Μενεσθώ* formarum patrocinium suscepit Muetzell. p. 148., sed successu parum prospero. Nam quae nomina hominum contra analogiam efficta et quasi detrita sunt vulgari sermone, ut *Μενέσθης* et *Μενεσθεύς*, ea non possunt tutari nomina deorum, si qua contra analogiam scripta in libris quibusdam circumferuntur, siquidem forma analoga ad rem certam significandam a poetis excogitata ab aliis libris sustentatur. Perspicuum est enim *Μενεσθώ* ab iis scriptum esse, qui male ad vulgare *Μενέσθους* nomen dirigerent. Id ipsum autem non sequi analogiam dictum est ab antiquis grammaticis. V. Schol. BL. ad Il. V, 609. Etym. M. 579, 23. Cf. Lehrs Arist. p. 310.

V. 359. *Κρηνηΐς*] Sic M3. *Κρυσίη* M1. V1. *Κρησηΐς* Bar., *Κρυσηΐς* M2. V2. et schol. *Κρισίη* A., *κρισίης* Tr., *Κρησίη* Vat., *Κρυσίης τ' Ἀσία τε* Taur. Olim cum Gaisf. et Dind. ex coniectura Herm. ad Hom. hymn. Cer. 421. scripseram *Χρυσηΐς*. Boissonadus coniecturam Naekii (Choeril. p. 125.) *Κρισσηΐς* in textum recepit. Cf. Voss. annot. ad hymn. Cer. p. 120.

V. 362. *αὐταί* V1.

V. 364. *τρισχίλιαι γὰρ ἔασι τανύσφυραι ὠκεανίδες* M3., *τρεῖς γ. χ. ἔ. τανύσφυραι* V1. Par. Pro *χίλιαι* Schol. Pind. Ol. V, 1. habet *μυρίαι*. Cf. Op. 252.

V. 365. *βένθεα γαίης λίμνης* M2.

V. 366. *ἐφέπουσαι* M1.

V. 367. *τόσσον* V1. — *καναχηδὸν* M1.

si sanum est, derivandum esse videtur a *κέρχω*, *κερχνέω*; cf. Aristoph. Pac. 756: *φωνὴν δ' εἶχεν χαράδρας ὄλεθρον τετοκυίας* (simile nomen est *Ἰάχη* hymn. Cer. 419.); *Εἰδυῖα*, *Μῆτις*, *Τύχη*, *Ἀκάστη* (ab α et *ΚΑΖΩ*, quanquam aliter Vossius l. l. p. 120.). *Εἰδυῖα*, *Μῆτις* et *Τύχη* ad fatidicas Nympharum virtutes pertinere videntur.

V. 360. *Τύχη*] Laur. Lyd. de mens. p. 44: *Οὐδαμοῦ τῆς Τύχης ὀνόματος Ὅμηρος μέμνηται, Ἡσίοδος δέ.*

V. 361. *προφερεστάτη*] Non est natu maxima, sed omnium gravissima, quam Iuppiter prae ceteris honore prosecutus est (cf. v. 399.), quan-

τῶν ὄνομ' ἀργαλέον πάντων βροτὸν ἄνδρα ἐνισπεῖν,
οἱ δὲ ἕκαστοι ἴσασιν, ὅσοι περιναιετάουσι.
Θείη δ' Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπρήν τε Σελήνην
Ἠῶ θ', ἣ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισι φαείνει
ἀθανάτοις τε θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,
γείναθ' ὑποδμηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι.
Κρίῳ δ' Εὐρυβίη τέκεν ἐν φιλότητι μιγεῖσα
Ἀστραῖόν τε μέγαν Πάλλαντά τε δῖα θεάων
Πέρσην θ', ὃς πάσῃσι μετέπρεπεν ἰδμοσύνῃσιν.
Ἀστραίῳ δ' Ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους,
Ἀργέστην, Ζέφυρον, Βορέην τ' αἰψηροκέλευθον

V. 369. *ἄνδρα ἐνισπεῖν*] V2. *ἄνδρ' ἕν' ἐνισπεῖν*, M4. *ἄνδρα ἐνίππειν*. Tr. *ἀνδρ' ἓν ἐνισπεῖν*. Ceteri *ἄνδρα ἐνίσπειν*. Taur. M1.3. V1. rectius *ἐνισπεῖν*. Franck. Callin. p. 186. *ἄνδρα γ'*. F. *ἀνέρ'*, ut Op. 751.

V. 370. *ὅσοι περιναιετάουσι*] Ita V2. Sed Taur. *οἳ ἄρ' περιναιετάουσι*. Ceteri *οἳ ἂν περιναιετάωσι*.

V. 371. *Θείη*] Vulgo *Θεία*. — *λαμπρήν*] Sic scripsi pro *λαμπράν*. V. ad v. 18.

V. 373. *ἀθανάτοις τε θεοῖσι*] Sic pro *θεοῖς* scripsi auctoribus Wolf. et Hermanno.

V. 374. *ὑπευνηθεῖσ'* A. — *Ὑπερίωνος φιλότητι* M3.

V. 375. *Κρίῳ*] Gaisf. et Dind. cum Reizio *Κρείῳ* (ut Par. habet), qui non recte propter metrum hoc necessarium esse asseveravit. *Κρῖος* nomen proprium est apud Herodot. VI, 50. 73. Aristoph. Nub. 1359: *τὸν Κρῖον ὡς ἐπέχθη*. Eandem formam restitui Hesiodo v. 134. V. Lehrs Arist. p. 296. Praeterea pro *τίκτεν* scripsi *τέκεν ἐν* cum V2. Bar. (qui habet *τέκε ἐν φ.*).

V. 377. *πάσῃσι μετέπρεπεν*] Scriptura librorum ὃς *καὶ πᾶσι* parum idonea non propter *καί* additum videtur, sed quod aegre vel antiquissimus poeta *πάντας* de duobus usurpavit. Quare secutus sum partim Tr., qui habet ὃς *πάσαισι*, partim Bar., qui praebet ὅς *γε πάσῃσι*.

V. 379. *Ἀργέστην, Ζέφυρον*] Ita scholia et antiqui codd. M3. V1.2. Vat. Taur. al. Graevius *ἀργέστην* (l. *ἀργεστὴν*) *Ζέφυρον*. — *τ' αἰψηροκέλευθον*] M2. *λαιψηροκέλευθον*, V1. Par. *Βορέην αἰψηροκέλευθον*. F. *Ζέφυρόν τε, Βορέην τ' αἰψ.*

quam ex versu 777. pro illa significatione argumenta peti posse videntur.

V. 363. *γε μὲν*] tamen. V. Buttm. Exc. I. ad Aratum.

V. 371. *Θείη*] V. Pindar. Isthm. V, 1.

V. 377. *Πέρσην*] Est pater Hecatae (v. 409.), cuius praeter hunc locum mentio non fit apud mythologos; v. Buttm. Myth. II. p. 192. Ruhnken. hymn. Cer. 24. Creuzer. Symb. I. p. 339. ed. III. Idem de Astraeo et Pallante dictum esto; de quibus omnibus v. Herm. de myth. p. 15.

V. 379. *Ἀργέστην*] Tres tantum hic ventos commemorari (sine Argeste) non est credibile,

καὶ Νότον, ἐν φιλότητι θεὰ θεῷ εὐνηθεῖσα.
τοὺς δὲ μέτ' ἀστέρα τίκτεν Ἑωσφόρον Ἠριγένεια
ἄστρα τε λαμπετόωντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.
Στὺξ δ' ἔτεκ' Ὠκεανοῦ θυγάτηρ Πάλλαντι μιγεῖσα
Ζῆλον καὶ Νίκην καλλίσφυρον ἐν μεγάροισι·
καὶ Κράτος ἠδὲ Βίην ἀριδείκετα γείνατο τέκνα,
τῶν οὐκ ἔστ' ἀπάνευθε Διὸς δόμος, οὐδέ τις ἕδρη,
οὐδ' ὁδὸς ὅππη μὴ κείνοις θεὸς ἡγεμονεύει,
ἀλλ' αἰεὶ πὰρ Ζηνὶ βαρυκτύπῳ ἑδριόωνται.
ὣς γὰρ ἐβούλευσε Στὺξ ἄφθιτος Ὠκεανίνη
ἤματι τῷ ὅτε πάντας Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς

V. 380. *θεὰ θεῷ*] Sic scripsi cum M1.2. Taur. Vat. V1.2. Par. pro *θεῷ θεά*. Prorsus ita infra v. 405. et Hom. Od. V, 97. Il. II, 821. *θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα*. Il. XVI, 176. *γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα*.

V. 381. *μετ' Ἀστραῖον τέχ' ἑωσφόρον* M3.

V. 383. *ἔτεκεν παῖς Ὠκεανοῦ* M3., *ἔτεκεν — θυγατέρα* V1.

V. 384. *πολύσφυρον*, sed supra scr. *καλλίσφυρον* M2. — Pro *Νίκην* M3. V1. Par. *Νείκην*.

V. 387. V1. *κεῖνος*, Vat. *οὐδ' ὁδιὸς ὅππη δι' ἐκείνων θεὸς ἡγεμονεύει*. In marg. *γρ. μετ' ἐκείνους*. Hermannus *ἡγεμονεύῃ*.

quanquam haec fuit Acusilai sententia. Sensit Aristarchus (nam recte emendasse scholiastam videtur Gaisfordius ita: *τοῦτον* (*τὸν Ἀργέστην*) *Ἀρίσταρχος ἀπηλιώτην φησί*). Quae Vossius (epp. myth. I. 35.) protulit, ut Acusilai sententiam defenderet, captiosius dicta sunt quam verius. Monuit enim ille Eurum propterea hic non commemorari, quod is in nocuis ventis, Typhoei filiis, haberetur (cf. v. 869.). Aliis argumentis hanc sententiam defendere conatus est Muetzellius p. 46. 474. Omnino hic sermo est de *ἀνέμοις εὐθέσι*, non de *παρεκβάσεσι* ventorum (*μάψ αὔραις*), in quibus et Eurus (non malus ille ap. Hom. Od. XIX, 206.) habendus et is, qui Italis audit Scirocco. Exspectabamus igitur hic Solanum commemorari. Atque vere Argestes proprie est is ventus, qui flat ab oriente, unde sol transit finitorem (*ἀπὸ τοῦ ἡλίου*). Haec enim regio vere dicitur *ἀργή*, i. e. clara. Post vero alia huic vocabulo subiecta notio est; dixerunt omnes eos ventos *ἀργεστάς*, qui aerem liberarent nubibus (*τοὺς αἰθρίους*, ut Hom. Il. XI, 306. Notum), atque ita factum est, ut postea is ventus hoc nancisceretur prae ceteris nomen, qui est inter Zephyrum et Thrasciam. Argesten autem hic esse nomen proprium, non adiectivum, demonstratur etiam sententia grammaticorum, qui *Ἀργέστην* et *ἀργεστήν* pronuntiari iubent. Schol. Venet. XI, 306. Eustath. ad Hom. Il. p. 845, 60: *τὸ ἀργέσταο εἰ μέν ἐστι κύριον ἀνέμου, προπαροξύνεται, εἰ δὲ ἐπίθετον νότου ἐστί, προπερισπᾶται.* Cf. Choerob. in Bekk. Anecd. p. 1224. Atque Apeliotem in opportunis ventis haberi docet Andronici Cyrrhe-

Ad pag. 49.

## ARISTOTELIS TABULA VENTORUM.

### A.



Ad pag. 49.

# TABULA VENTORUM E MARMORE PIO-CLEMENTINO DESCRIPTA.

## B.



ἀθανάτους ἐκάλεσσε θεοὺς ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
εἶπε δ', ὃς ἂν μετὰ εἷο θεῶν Τιτῆσι μάχοιτο,
μή τιν' ἀποῤῥαίσειν γεράων, τιμὴν δὲ ἕκαστον
ἑξέμεν ἣν τὸ πάρος γε μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
τὸν δ' ἔφαθ', ὅςτις ἄτιμος ὑπὸ Κρόνου ἠδ' ἀγέραστος,
τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν ἣ θέμις ἐστίν.
ἦλθε δ' ἄρα πρώτη Στὺξ ἄφθιτος Οὔλυμπόνδε
σὺν σφοῖσιν παίδεσσι φίλου διὰ μήδεα πατρός.
τὴν δὲ Ζεὺς τίμησε, περισσὰ δὲ δῶρα ἔδωκεν.
αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον,

V. 392. *ὥς ἂν* Ml.
V. 393. *θ' ἕκαστον* Ml., *δέ* abest a Vl.
V. 394. Hunc versum Hermannus sic scriptum esse ab antiquo poeta putat apud Frank. ad Hom. hymn. Merc. 478: *ὥς τὸ πάρος περ ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι.* In Ml. *γε* deest.
V. 397. *ἄφθιτος*] V2. Bar. *ἄφθιτον.*
V. 398. *σφοῖσιν*] V2. *σφῇσιν.*
V. 399. *ἔδωκεν*] Ml. 2. Par. Vl. 2. Taur. *δέδωκεν.* Non male. Nam etiam *ἔδωκα, ἔθηκα,* nunc aorista, primo perfecta fuisse videntur. Cf. tamen annot. ad v. 1014.

stis turris, quae Athenis erecta est ventis. De ventorum descriptione recentiore v. Aristotel. Pol. IV, 3. p. 117: *καθάπερ ἐπὶ τῶν πνευμάτων λέγεται τὰ μὲν βόρεια, τὰ δὲ νότια, τὰ δ' ἄλλα τούτων παρεκβάσεις.* p. 117, 13: *ὥςπερ ἐν τοῖς πνεύμασι τὸν μὲν ζέφυρον τοῦ βορέου, τοῦ δὲ νότου τὸν εὖρον εἶδος τιθέασιν.* Plin. H. N. II, 47. XVIII, 31. Vitruv. I, 6. A. Gell. II, 22. Laur. Lyd. de mens. IV, 46. Conr. Gesner. Medit. phys. p. 127. Wernsdorf. Poet. Lat. V. p. 524. Ukert. Geogr. Graec. et Rom. I. p. 171. C. a Raumer. in Mus. Rhen. V. p. 497. Praeterea calci huius libri adiecimus recentiores ventorum tabulas, alteram (A) ex Aristotele Meteor. II, 6., alteram (B) ex Musei Pioclementini marmore nuper a nobis descriptam. — *Ἀργέστην, Ζέφυρον*] *Ζητητέον δὲ, ὅτι χωρὶς συνδέσμου Ἀργέστην, Ζέφυρον εἶπεν.* SCHOL. Exspectaverat igitur *Ζέφυρόν τε,* quod ipsum hic locum habere potest.

V. 386—403. Hi versus serioris cuiusdam rhapsodi videntur.

V. 387. *ἡγεμονεύει*] Guiet. volebat *ἡγεμονεύοι,* quod probabat Wolf. Non recte. Constructio est: *τῶν δόμος οὐκ ἔστιν ἀπάνευθε Διὸς, οὐδὲ ἕδρη, οὐδ' ὁδός ἐστιν αὐτοῖς, ἣν μὴ Ζεὺς ἡγεμονεύει.* Nam neque coniunctivo neque optativo propterea usus est poeta, ut demonstraret nullam non illis viam praeire Iovem; illud vero esset: „si quando Iuppiter illis viam non praeiverit, pro via eam non haberi ab asseclis." Heynius hunc versum pro spurio habuit, nullis tamen additis argumentis.

V. 397. *Οὔλυμπόνδε*] De accentu v. Allgem. Lehre v. Acc. d. gr. Sprache p. 356.

V. 400. *θεῶν μέγαν — ὅρ-*

παῖδας δ' ἤματα πάντα ἑοὺς μεταναιέτας εἶναι.
ὣς δ' αὔτως πάντεσσι διαμπερές, ὥςπερ ὑπέστη,
ἐξετέλεσσ'· αὐτὸς δὲ μέγα κρατεῖ ἠδὲ ἀνάσσει.
Φοίβη δ' αὖ Κοίου πολυήρατον ἦλθεν ἐς εὐνήν·
κυσαμένη δὴ ἔπειτα θεὰ θεοῦ ἐν φιλότητι
Λητὼ κυανόπεπλον ἐγείνατο, μείλιχον αἰεί,

V. 401. ἑοὺς] ἑοῦ, quod praebetur a Taur. Vl. M2. 3. Par. Bar., debebat esse ἕου. V. Apollon. de pronom. p. 107. B., nisi in quibusdam exemplaribus ἑοῦς scriptum est. V. Apollon. l. l. p. 98. B. Bast. ad Greg. Cor. Schaef. p. 193. Ahrens de dial. Aeol. p. 169.

V. 402. ὡςαύτως Vl.

κον] Pind. Ol. VII, 65. (120.): ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν χεῖρας ἀντεῖναι, θεῶν δ' ὅρκον μέγαν μὴ παρφάμεν.

V. 404. Huc pertinere videtur quod profert Grammat. ap. Cramer. Anecd. Oxon. I. p. 428: ἢ ἀπὸ Φοίβης μαμμωνυμικοῦ, ὡς Ἡσίοδος (cf. Etym. M. p. 796.), si ad Theogoniam omnino pertinet.

V. 408. Hunc versum ex margine adhaesisse dicunt Guiet., Heyn., Wolf.; Robinsonus tamen commendatum esse ab epanaphora iudicavit. Verum tria sunt quae in reprehensionem incurrere in hoc versu videntur; primum μείλιχον illud post integrum versum interiectum, quod non pati videtur epanalepsis, cuius ea ratio est, ut gravius quid assequaris repetitione; v. annot. ad Oper. 3. 657. Hom. Il. XX, 371: καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν, Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε. XXII, 126: οὐ μέν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης Τῷ ὀαριζέμεναι ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε, Παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν. XXIII, 641 seq.: ὁ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν, Ἔμπεδον ἡνιόχευε. Od. I, 22 seq.: ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας, Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται. Hesiod. Op. 3 seq.: ὅντε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε, Ῥητοί τ' ἄῤῥητοί τε Διὸς μεγάλοιο ἕκητι. Callim. Iov. 92. 93. Lav. P. 72: μεσαμβρινὰ δ' εἶχ' ὄρος ἀσυχία. Ἀμφότεραι λώοντο, μεσαμβριναὶ δ' ἔσαν ὧραι· Πολλὰ δ' ἀσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος. Adde Nonn. Dion. XXXVI, 104. 105. XLII, 61. 62. 75. 76. Cf. Ruhnk. ad Callim. Lav. Pall. 40. Propert. I, 3, 25. 26.; deinde inane est ἐξ ἀρχῆς: nam quod Clericus voluit, ἐξ ἀρχῆς esse: iam ante Iovem, ridiculum est; denique offendimus ad ἀγανώτατον, quod aegre excusatur Homerico ὀλοώτατος ὀδμή. Accedit, quod nec ἐντὸς Ὀλύμπου pertinere ad aetatem Hesiodi videtur. V. annot. ad v. 37. Haec omnia me commovent, ut recentioris alicuius rhapsodi habeam.

V. 411—452. Hunc hymnum in Hecaten non ab antiquo auctore Theogoniae profectum esse, sed additum a recentioribus quibusdam poetis, fortasse Onomacrito vel Cercope, certa sunt indicia. Monuit hac de re iam Heynius. Primum atque gravissimum quidem hoc est, quod bis a poeta

ἤπιον ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
[μείλιχον ἐξ ἀρχῆς, ἀγανώτατον ἐντὸς Ὀλύμπου.]
γείνατο δ' Ἀστερίην εὐώνυμον, ἥν ποτε Πέρσης
ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.
[ἡ δ' ὑποκυσαμένη Ἑκάτην τέκε, τὴν περὶ πάντων
Ζεὺς Κρονίδης τίμησε· πόρεν δέ οἱ ἀγλαὰ δῶρα,

V. 403. *ἐξετέλεσεν — ἠδ' ἀνάσσει* M2.
V. 405. *δὴ ἔπειτα*] Ita scripsi e Med. cum Dind. pro *δ' ἤπειτα* vel *δήπειτα*. M1. *δήπιτα θεὰ θεῶ*, M2. *θεῶν*.
V. 406. *ἐγείνατο*] V2. *γείνατο*.
V. 407. *ἠπιον* V1.
V. 410. *μέγα* deest in M1.

inculcatur Hecaten esse *μονογενῆ* (v. 426. 448.), nec tamen propterea privatam honore. (*Τριτογενὴς Ἑκάτη* dicitur apud Zenob. Prov. IV, 16. propter tres partes mensis. Cf. annotat. ad Oper. 410.) Scilicet hoc apertum est indicium illatam esse Hecaten ab Orphicis antiquae theogoniae, a qua multum abest haec unum numen procreandi ratio. *Μουνογενής* vero est proprium Orphicorum vocabulum, de Pallade et Proserpina, quae ipsa videtur esse Hecate, ursurpatum. (Cf. Lobeck: Aglaoph. p. 545.; *μουνογενὴς Ἑκάτη* legitur etiam ap. Apollon. Arg. III, 1065., ubi versus theog. 426. allegatur a scholiasta. Cf. praeterea Aesch. Ag. 872. Well.: *μονογενὲς τέκνον πατρί.*) Quod quum non satis consentaneum esse antiquae theogoniae ipse hymni conditor intellexisset, putavit excusatione quadam opus esse. Deinde totus ille numinis alicuius prolixus honor non decet simplicissimam theogoniae Hesiodeae expositionem. Porro abhorret quum ab epicorum antiquorum tum ab Hesiodi dictione *παραγίγνεσθαι* v. 429. 432. 436. Cf. hymn. Orph. Hecat. 8., abhorret v. 440. *οἳ γλαυκὴν ἐργάζονται*: v. 452. mire dictum est *αἵ δέ τε τιμαί* atque eo excogitatum consilio, ut transitus pararetur ad sequentia, quae sunt vere Hesiodea; exspectabas saltem *αἵδε τε τιμαί*. Neque epicum puto illum *ἐσθλοῦ* vocabuli usum v. 435. 439. 444.; neque rectam sedem habet *θεά* 426. Denique totum hunc locum Persarum doctrina conditum esse recte monuisse videtur Creuzerus Symb. I. p. 339. ed. III. Cf. Ritschl: die alex. Biblioth. cet. p. 55. Atque duos agnovisse poetas mihi videor, qui diversa addiderunt diversis temporibus, alterum, qui post v. 410. hos addidit versus: 411—415. 421—426. 428—452; alterum eumque recentiorem (*καὶ γὰρ νῦν* legitur v. 416.), qui infersit v. 416—420. et v. 427., qui nunc inepto leguntur loco. Nam versus 416—420. inferendi sunt post 428., versus autem 427. coniungendus erat cum v. 425.: *ἀλλ' ἔχει ὡς τοπρῶτον ἀπ' ἀρχῆς ἔπλετο δασμὸς καὶ γέρας ἐν γαίῃ τε καὶ οὐρανῷ ἠδὲ θαλάσσῃ.* (Ut hoc commode fieri possit, Hermannus v. 427. aut *καὶ γέρα* aut *ὃν γέρας* legendum esse coniecit, aut v. 427. pro v. 413 esse alius recensionis. Alterum mihi non opus esse videtur, quum

μοῖραν ἔχειν γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
ἡ δὲ καὶ ἀστερόεντος ὑπ' οὐρανοῦ ἔμμορε τιμῆς,
ἀθανάτοις τε θεοῖσι τετιμένη ἐστὶ μάλιστα.
*καὶ γὰρ νῦν ὅτε πού τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
*ἔρδων ἱερὰ καλὰ κατὰ νόμον ἱλάσκηται,
*κικλήσκει Ἑκάτην· πολλή τέ οἱ ἕσπετο τιμὴ
*ῥεῖα μάλ', ᾧ πρόφρων γε θεὰ ὑποδέξεται εὐχάς·
*καί τέ οἱ ὄλβον ὀπάζει, ἐπεὶ δύναμίς γε πάρεστιν.
ὅσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο
καὶ τιμὴν ἔλαχον, τούτων ἔχει αἶσαν ἁπάντων,
οὐδέ τί μιν Κρονίδης ἐβιήσατο, οὐδέ τ' ἀπηύρα
ὅσσ' ἔλαχεν Τιτῆσι μετὰ προτέροισι θεοῖσιν,
ἀλλ' ἔχει ὡς τοπρῶτον ἀπ' ἀρχῆς ἔπλετο δασμός.
οὐδ', ὅτι μουνογενής, ἧσσον θεὰ ἔμμορε τιμῆς,
*καὶ γέρας ἐν γαίῃ τε καὶ οὐρανῷ ἠδὲ θαλάσσῃ·
ἀλλ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον, ἐπεὶ Ζεὺς τίεται αὐτήν.
ᾧ δ' ἐθέλει μεγάλως παραγίγνεται ἠδ' ὀνίνησιν·
ἔν τ' ἀγορῇ λαοῖσι μεταπρέπει ὅν κ' ἐθέλῃσιν·

V. 414. Defuisse videtur in exemplari Schol. Eur. Hipp. 146. 228. — ὑπ' οὐρανοῦ] ἀπ' οὐρ. M2. 3. (qui antea pro ἡ δὲ habet ἠδέ). Fortasse ἐπ' οὐρανοῦ. Cf. v. 427. Nam quod Wolf. monuit, sermonem esse de Urano, imperium mundi primo tenente, plane ab hoc loco alienum esse puto.

V. 415. τετιμένη] V2. θεοῖς τετιημένη. M2. τετιμημένη.

V. 417. ἔρδων] V2. ῥέζων.

V. 418. ἕσπεται V1. Par. M3., ἕπεται M2.

V. 419. ᾧ] Taur. Par. οὗ, quod nescio an hic sit melius. Alius enim sunt generis quae protulit Porsonus ad Eur. Hecub. 539. et quae his addidit Schaeferus. Omnia enim haec exempla de rebus dicta sunt, quae manibus quasi porriguntur. — M1. 2. ὑπεδέξατο.

V. 422. ἔχειν V1.

V. 423. ἐβιήσατο] V1. Taur. ἐβιάσατο.

V. 424. ὃς ἔλαχε M1.

V. 425. M1. ἔχειν ὡς τὸ πρὶν ἀπαρχῆς — δεσμός; in V1. ὡς deest, postea legitur ἐξαρχῆς.

V. 429. ἐθέλῃ M2.

V. 430. ᾧ κ' ἐθέλῃσιν V1., ὅν κ' ἐθ. Par.

V. 431. θωρήσσωνται] Sic V2., P2. M1. 3. θωρήσσοιντο. Ceteri θωρήσσονται. Antea φθησήνορα M2.

constructio sit haec: ἀλλὰ ὡς τοπρῶτον ἀπ' ἀρχῆς ἔπλετο δασμός, οὕτω καὶ γέρας ἔχει; alterum autem propterea non verisimile, quod ita v. 414. prorsus inutilis esset. Omnes eos versus, qui sunt alterius poetae, asteriscis notavi.

V. 440. γλαυκὴν — ἐργάζονται] Non repugnarem, si

ἠ δ' ὁπότ' ἐς πόλεμον φθισήνορα θωρήσσωνται
ἀνέρες, ἔνθα θεὰ παραγίγνεται, οἷς κ' ἐθέλῃσι
νίκην προφρονέως ὀπάσαι καὶ κῦδος ὀρέξαι·
ἔν τε δίκῃ βασιλεῦσι παρ' αἰδοίοισι καθίζει·
ἐσθλὴ δ' αὖθ', ὁπότ' ἄνδρες ἀγῶνι ἀεθλεύωσιν,
ἔνθα θεὰ καὶ τοῖς παραγίγνεται ἠδ' ὀνίνησι.
νικήσας δὲ βίῃ καὶ κάρτεϊ καλὸν ἄεθλον
ῥεῖα φέρει χαίρων τε τοκεῦσιν κῦδος ὀπάζει.
ἐσθλὴ δ' ἱππήεσσι παρεστάμεν οἷς κ' ἐθέλῃσι,
καὶ τοῖς οἳ γλαυκὴν δυςπέμφελον ἐργάζονται·
εὔχονται δ' Ἑκάτῃ καὶ ἐρικτύπῳ Ἐννοσιγαίῳ.
ῥηϊδίως δ' ἄγρην κυδνὴ θεὸς ὤπασε πολλήν,
ῥεῖα δ' ἀφείλετο φαινομένην, ἐθέλουσά γε θυμῷ.
ἐσθλὴ δ' ἐν σταθμοῖσι σὺν Ἑρμῇ ληΐδ' ἀέξειν·
βουκολίας τ' ἀγέλας τε καὶ αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν,
ποίμνας τ' εἰροπόκων ὀΐων, θυμῷ γ' ἐθέλουσα,
ἐξ ὀλίγων βριάει, καὶ ἐκ πολλῶν μείονα θῆκεν.
οὕτω τοι καὶ μουνογενὴς ἐκ μητρὸς ἐοῦσα

V. 432. παραγίνεθ' M1.
V. 433. προφρονέουσ' M3.
V. 434. καθέζει M1. Antea ἐν δὲ Par.
V. 435. δ' αὖ ὁπότ' ἄνδρες ἐν ἀγῶνι M1., δ' αὖ etiam M3. V1.
V. 436. τοῖσι M1. 3. V1.
V. 437. τε βίῃ Par.
V. 438. τοκεῦσι δὲ Bar. M3. Steph., τοκεῦσί τε A. It.
V. 439. ἐθελήσῃ M2.
V. 440. γλαυκὴν] V. Schol. Ven. Il. XVI, 34. 748. Fortasse Γλαύκην. Cf. v. 244. Lobeck. Paral. p. 350. Vulgo θάλασσαν supplendam esse censent. V. tamen Nonn. Dion. I, 75. XI, 49: Ἀφνειῆς ἀτίνακτα κατέγραφε νῶτα Γαλήνης. Hom. Od. VII, 319. Cf. Wakef. ad Lucr. I. p. 236. et quae congessimus animadvers. crit. in Callim. epigr. p. 7. Adde animadvers. ad Opp. 375. — ἐργάζωνται M3.
V. 442. κυδνὴ] V1. 2. M1. 3. P2. κυδρή.
V. 443. φαινομένην] Vat. φαινομένη. Antea ἀφείλατο V1. Par.
V. 446. γ' ante ὀΐων M1. V1., γε θέλουσα M1., γ' ἐθέλουσα M2. V1.
V. 447. καὶ ἐκ] Sic M1. 2. 3. V1. 2. Taur. Ceteri κἀκ. καὶ ἐκ unam syllabam apud Hesiodum faciunt. Cf. v. 405. Sed v. Spitzner. Exc. ad Iliad. XIII. p. 36. Antea βριάρει M2.

quis de praedatione maritima illa aetate haud ignobili accipere mallet. V. 442. perperam Schol. ad venatores trahit. F. A W. Bis lapsus est vir egregius, si recte video; nam versus 441. ita apodosin continere non potest propter adiectum δέ in ῥηϊδίως ἄγρην. Quare post Ἐννοσιγαίῳ plene interpunxi.

πᾶσι μετ' ἀθανάτοισι τετίμηται γεράεσσι.
θῆκε δέ μιν Κρονίδης κουροτρόφον, οἳ μετ' ἐκείνην
ὀφθαλμοῖσιν ἴδοντο φάος πολυδερκέος Ἠοῦς.
οὕτως ἐξ ἀρχῆς κουροτρόφος· αἳ δέ τε τιμαί.]

---

Ῥεῖα δ' ὑποδμηθεῖσα Κρόνῳ τέκε φαίδιμα τέκνα,
Ἱστίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον,
ἴφθιμόν τ' Ἀΐδην, ὃς ὑπὸ χθονὶ δώματα ναίει
νηλεὲς ἦτορ ἔχων, καὶ ἐρίκτυπον Ἐννοσίγαιον,
Ζῆνά τε μητιόεντα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
τοῦ καὶ ὑπὸ βροντῆς πελεμίζεται εὐρεῖα χθών.
καὶ τοὺς μὲν κατέπινε Κρόνος μέγας, ὅςτις ἕκαστος
νηδύος ἐξ ἱερῆς μητρὸς πρὸς γούναθ' ἵκοιτο,
τὰ φρονέων, ἵνα μή τις ἀγαυῶν Οὐρανιώνων
ἄλλος ἐν ἀθανάτοισιν ἔχοι βασιληΐδα τιμήν.
πεύθετο γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἀστερόεντος,

V. 451. πολυδερκέος] V2. M1. Taur. πολυδέρκεον.
V. 452. οὕτως] Taur. ὄντως.
V. 453. Ῥεῖα δ' ὑποδμηθεῖσα] A. Ῥείη δ' αὖ δμ. V2. Ῥείη ὑποδμ. Taur. Ῥεῖα ὑποδμ. V1, M1.2. Ῥείη δ' ὑποδμ., sed M2. supra δ' αὖ δμ.
V. 454. Δήμητραν M1.2. (cf. Ammon. v. βωμοί). Antea Ἑστίην M3., Ἱστίην ἠθείην Par.
V. 459. M4. μέγας Κρόνος.
V. 462. ἔχοι] Sic Par. Taur. V1. pro ἔχῃ, M2. ἔχει οἱ β.
V. 465. Hunc versum spurium esse iudicant Guiet., Heyn., Wolf., Gaisf., Dind. Non putaverim. Oraculo quasi proditum erat (v. enarrationem) a filio Cronum regno exutum iri. His ipse poeta addidit hoc Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς factum iri. Scriptura πατρός pro Διός, a scholiis memorata et a Tr. adoptata, quae pessime habet propter Atticam correptionem, ficta ab iis est, qui Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς coniungerent cum πέπρωτο, non cum

V. 450. οἳ μετ' ἐκείνην] Constr. κουροτρόφον ἐκείνων, οἳ μετ' ἐκείνην ἴδοντο φάος Ἠοῦς.

V. 452. Post hunc versum lacuna esse videtur Thierschio (de Hes. p. 23. 24.): nondum enim de Saturni regimine expositum esse. Verum omnino animadvertendum est hanc theogoniae partem, cuius principium est v. 453., prorsus sensu differre ab altera. Pars prior cosmogoniam continet, haec vero theogoniam; illa vere physica est, haec, ut est uberior poetica dictione, ita etiam, si pauca demas, cum illa doctrina physica universali nihil commune habet.

V. 463. πεύθετο γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ] Mirum est quod ex antiqua theogonia protulit Clemens Homil. VI, 2. T. I. p. 664. ed. Cotel.: οὐδ' αὖ Κρόνος τῇ Ῥέᾳ μιγεὶς καὶ γεννήσας Πλούτωνα πρῶτον κατέπιε διὰ τινὰ Προμηθέως θεσμὸν δεδιώς, μήποτε γεννηθὲν ἐξ αὐτοῦ βρέφος, γενναιότερον γενόμενον, ἀφέληται αὐτὸν τῆς βασιλείας. Simile quid

οὕνεκά οἱ πέπρωτο ἑῷ ὑπὸ παιδὶ δαμῆναι,
καὶ κρατερῷ περ ἐόντι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς·
τῷ ὅγε οὐκ ἀλαοσκοπιὴν ἔχεν, ἀλλὰ δοκεύων
παῖδας ἑοὺς κατέπινε· Ῥέην δ' ἔχε πένθος ἄλαστον.
ἀλλ' ὅτε δὴ Δί' ἔμελλε θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν
τέξεσθαι, τότ' ἔπειτα φίλους λιτάνευε τοκῆας
τοὺς αὐτῆς, Γαῖάν τε καὶ Οὐρανὸν ἀστερόεντα,
μῆτιν συμφράσσασθαι, ὅπως λελάθοιτο τεκοῦσα
παῖδα φίλον, τίσαιτο δ' ἐρινῦς πατρὸς ἑοῖο
[παίδων οὓς κατέπινε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης.]
οἱ δὲ θυγατρὶ φίλῃ μάλα μὲν κλύον ἠδ' ἐπίθοντο,
καί οἱ πεφραδέτην ὅσαπερ πέπρωτο γενέσθαι
ἀμφὶ Κρόνῳ βασιλῆϊ καὶ υἱέϊ καρτεροθύμῳ.
[πέμψαν δ' ἐς Λύκτον, Κρήτης ἐς πίονα δῆμον,
ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι,
Ζῆνα μέγαν· τὸν μέν οἱ ἐδέξατο Γαῖα πελώρη

δαμῆναι.

V. 466. ὅγε οὐκ] Hiatus pessimae notae. Scribe τῷ Κρόνος οὐκ ἀλαοσκ. [Bentl. τῷ δ' ἄρ' ὅγ'. F. I.] Herm. τῷ καὶ ὅγ' οὐκ, coll. Odyss. XIII, 331.

V. 469. τέξεσθαι] V2. τεύξεσθαι.

V. 470. τοὺς αὐτῆς] Ante Reizium τοὺς αὐτῆς.

V. 471. συμφράσσασθαι] P2. οἱ φράσσ.

V. 473. Etiam hunc versum glossema peperisse videtur, quod fortasse quis ad πατρὸς ἑοῖο adscripserit. Notavit eum Heynius. F. A. W. Secuti sunt Gaisf. et Dind.; in M1. textu deest, sed additus in marg., ubi ἀγκυλόμητις.

V. 474. ἔκλυον V1. Par. — Pro ἠδ' ἐπίθοντο scholiasta legisse videtur ἠδὲ πίθοντο. Cf. eundem scholiastam ad v. 555.

V. 477. Λύκτον] Taur. Λύκτρον.

V. 478. τεκέεσθαι M2., ὁππότ' ἂν V1. Par.

de Prometheo et Iove narrat Aeschylus Prom. 793. 899. 984., sed non falsum esse Clementem memoria, quum idem de Saturno et Prometheo narraret, demonstrat Aeschyli versus 993. (Blomf.): οὐκ ἐκ τῶνδ' ἐγὼ δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ἠσθόμην. Duo tyranni sunt Uranus et Cronus. Nam de Ophione non puto cogitasse Aeschylum; v. Hom. Il. XVIII, 399. Apollon. I, 503.

V. 470. τοὺς αὐτῆς] Vere Reizius monuit antiquos poetas nunquam ita usos esse spiritu denso (αὑτῆς), semper illos dixisse ἕο αὐτοῦ, οἱ αὐτῷ. Si recte intelligo Apollon. Dysc. de pron. p. 103. A. B., Alcaeus primus hac crasi usus est inter poetas. Cf. animadvers. ad v. 126.

V. 472. Hom. Il. XXI, 412: οὕτω κεν τῆς μητρὸς ἐρινύας ἐξαποτίνοις. Guieti coniectura ἀνδρὸς ἑοῖο commode carebimus.

V. 478—484. Hos versus, qui ne a sententia quidem satis sunt

*Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ τραφέμεν ἀτιταλλέμεναί τε.*
*ἔνθα μὲν ἷκτο φέρουσα θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν*
*πρώτην ἐς Λύκτον· κρύψεν δέ ἑ χερσὶ λαβοῦσα*
*ἄντρῳ ἐν ἠλιβάτῳ, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης,*
*Αἰγαίῳ ἐν ὄρει, πεπυκασμένῳ, ὑλήεντι.]*
*τῷ δὲ σπαργανίσασα μέγαν λίθον ἐγγυάλιξεν*
*Οὐρανίδῃ μέγ' ἄνακτι, θεῶν προτέρῳ βασιλῆϊ·*
*τὸν τόθ' ἑλὼν χείρεσσιν ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν,*
*σχέτλιος, οὐδ' ἐνόησε μετὰ φρεσὶν, ὥς οἱ ὀπίσσω*

V. 480. *ἐν* abest ab A.; M1. *κρύψεν δ' εὐρείῃ τρεφέμεν*; *τρεφέμεν* etiam M2., *τρέφεν* V1. Sed *τραφέμεν* aeque bene atque *τρεφέμεν* habet activam notionem non solum aoristi, sed etiam praesentis apud Aeolos Boeotosque. V. Boeckh. Pind. Pyth. not. crit. p. 445.

V. 481. *θοὴν*] *θοή* elegantius esse frustra monuit Schraderus ad Musaeum p. 217.

V. 482. *χερσὶ*] V2. Taur. *χειρί*. *κρύψε δὲ χειρὶ* Par. Paulo ante *πρῶτον δ' ἐς Λύκτον* Taur., *πρῶτον ἐς αὐτὴν Λ.* A., *πρώτην* (sed supra *ον*) M2.

V. 484. *Αἰγείω* M2. Praestat. *Ἀργαίῳ* Bas.

V. 485. *σπαργανώσασα — ἐγγυάλιξεν* M1.

V. 487. *ἐγκάτθετο*] Quanquam Par. M3. praebebant *ἐςκάτθετο*, quod receptum est a L. Dind., suadentibus Reizio et Wolfio, tamen *ἐγκάτθετο* nolui mutare, quod et codicibus mecommendati, pro insertis habeo a recentiore quodam rhapsodo, ne Cretae oblitus esse videretur Hesiodus. V. 481. *φέρουσα* est *ἐν γαστρὶ φέρουσα*, non manibus portans recens natum, ut putabat Hermannus, qui *μιν* corrigebat pro *μέν*. Ceterum Lytti urbis commemoratio certissimo est testimonio res olim Lyttiorum in Creta praevaluisse. Cf. Müller. Dor. I. p. 127. 207. II. p. 412. Nam quod Meursius (Cret. II. p. 74.) coniecit *Δίκτον* pro *Λύκτον* non opus est refutare. *Αἰγαῖον ὄρος*, vel potius *αἴγειον* est Ida mons, sic dictus ab Amalthea capra, adiectusque est propter Cnossum, locupletissimam Cretae urbem.

V. 483. *ἠλιβάτῳ*] V. ad v. 675.

V. 483. *μέγ' ἄνακτι*] Rarius *μέγα* cum nomine appellativo coniungitur. Simile est *μὰψ αὖραι* v. 872. et *ὁ πάνυ Σωκράτης*. Sic etiam comparativi et superlativi adduntur, ut Herod. I, 146. *μᾶλλον Ἴωνες* et ap. Cicer. A. Q. IV, 46. minus homo. Cf. Bernhardy Synt. p. 338.

V. 491. *ὁ δ' ἐν ἀθανάτοισιν*] Pedestris orationis scriptor dixisset *αὐτὸς δὲ ἐν ἀθανάτοισιν ἀνάξειν*. Guieti coniecturis *καὶ ἐν ἀθ.* vel *ἠδ' ἀθαν.* non opus est.

V. 492. *Ἐπειδὴ δὲ Ζεὺς ἐγενήθη τέλειος, λαμβάνει Μῆτιν, τὴν Ὠκεανοῦ, συνεργόν· ἣ δίδωσι Κρόνῳ καταπιεῖν φάρμακον, ὑφ' οὗ ἐκεῖνος ἀναγκασθεὶς πρῶτον μὲν ἐξεμεῖ τὸν λίθον, ἔπειτα τοὺς παῖδας, οὓς κατέπιε· μεθ' ὧν Ζεὺς τὸν πρὸς Κρόνον καὶ Τιτᾶνας ἐξήνεγκε πόλεμον. μαχομένων δὲ αὐτῶν ἐνιαυτοὺς δέκα, ἡ Γῆ τῷ Διὶ ἔχρησε τὴν νίκην, τοὺς καταταρ-*

ἀντὶ λίθου ἑὸς υἱὸς ἀνίκητος καὶ ἀκηδὴς
λείπεθ', ὅ μιν τάχ' ἔμελλε, βίῃ καὶ χερσὶ δαμάσσας,
τιμῆς ἐξελάαν, ὁ δ' ἐν ἀθανάτοισιν ἀνάξειν.
Καρπαλίμως δ' ἄρ' ἔπειτα μένος καὶ φαίδιμα γυῖα
ηὔξετο τοῖο ἄνακτος· ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν
Γαίης ἐννεσίῃσι πολυφραδέεσσι δολωθεὶς
ὃν γόνον ἂψ ἀνέηκε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης,
[νικηθεὶς τέχνῃσι βίηφί τε παιδὸς ἑοῖο.]
πρῶτον δ' ἐξήμεσσε λίθον, πύματον καταπίνων·

lioribus (Vl. tamen ἐγκάτθεο) sustentatur et legitur apud Chrysippum (Galen. de Hipp. et Plat. dogm. III, 273.) et proxime accedit ad dialectum Aeolicam. Non ignotum est enim Aeolenses ἐν cum accusativo construxisse.

V. 488. ὅς οἱ Ml.

V. 489. ἀνήκεστος Bar.

V. 491. ἀέξειν Ml. Vl.

V. 493. ηὔξετο] Taur. ηὔξατο. Paulo post τοῖο δ' Ml. et pro δολωθεὶς in marg. γρ. χω (χολωθεὶς?), Vl. Par. χολωθείς. Pro ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν, quod habent Vl.2. Taur. Bar. RS. et Tr. (hic tamen sine δέ), ceteri ἐπιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ.

V. 494. Ad ἐννεσίῃσι M2. margo πρεσβείαις.

V. 497. ἐξήμεσσε] Sic Passov. lex. v. ἐξεμέω et Hermannus pro vulgato ἐξήμησε. Nisi aliam fabulam secutus est Hesiodus, qua Iuppiter Saturno lapidem exsecuit.

ταρωθέντας ἂν ἔχῃ συμμάχους· ὁ δὲ τὴν φρουροῦσαν αὐτῶν τὰ δεσμὰ Κάμπην ἀποκτείνας ἔλυσε. Καὶ Κύκλωπες τότε Διὶ μὲν διδόασι βροντὴν καὶ ἀστραπὴν καὶ κεραυνόν, Πλούτωνι δὲ κυνέην, Ποσειδῶνι δὲ τρίαιναν. Οἱ δὲ τούτοις ὁπλισθέντες κρατοῦσι Τιτάνων, καὶ καθείρξαντες αὐτοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ, τοὺς Ἑκατόγχειρας καθίστασαν φύλακας. αὐτοὶ δὲ διακληροῦνται περὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ λαγχάνει Ζεὺς μὲν τὴν ἐν Οὐρανῷ δυναστείαν, Ποσειδῶν δὲ τὴν ἐν θαλάσσῃ, Πλούτων δὲ τὴν ἐν ᾅδῃ. Apollod. I, 2. Hinc Heynius et Wolfius quaesivere, qui factum esset, ut v. 496. adderetur νικηθεὶς τέχνῃσι βίηφί τε παιδὸς ἑοῖο, si Γαίης ἐννεσίῃσι res facta sit; sed aut Γαίης ἐννεσίῃσι illud φάρμακον indicare videtur a Tellure paratum, quod partim vi, partim astutia Saturno a Iove datum est, aut v. 494. est alius recensionis pro versu 496., qui proxime accedit ad Apollodori narrationem.

V. 493. ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν] Idem est quod supra v. 492. ἔπειτα dixit et v. 184. περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

V. 497. πύματον καταπίνων] Male me habet hoc praesens; exspectaram καταπιών, si hoc licuisset per metrum. Ceterum quod Saturnus suos liberos ipse devoravit, ita nuper explicare conatus est Böttigerus Kunstmyth. I. p. 219., ut Saturnum cum Molocho Phoenicum compararet. Verum huic explicationi minime favere videtur, quod Graecorum Saturnus devoratos liberos rursus evomere cogitur. Potius Saturnus ille Neptunum et Plutonem devorans indicare videtur ante Iovem in uno numine contenta fuisse re-

τὸν μὲν Ζεὺς στήριξε κατὰ χθονὸς εὐρυοδείης
Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ γυάλοις ὕπο Παρνησοῖο
σῆμ' ἔμεν ἐξοπίσω, θαῦμα θνητοῖσι βροτοῖσι.
[Λῦσε δὲ πατροκασιγνήτους ὀλοῶν ἀπὸ δεσμῶν
Οὐρανίδας, οὓς δῆσε πατὴρ ἀεσιφροσύνῃσιν·
οἵ οἱ ἀπεμνήσαντο χάριν εὐεργεσιάων,
δῶκαν δὲ βροντὴν ἠδ' αἰθαλόεντα κεραυνὸν
καὶ στεροπήν· τοπρὶν δὲ πελώρη Γαῖα κεκεύθει·
τοῖς πίσυνος θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει.]
Κούρην δ' Ἰαπετὸς καλλίσφυρον Ὠκεανίνην
ἠγάγετο Κλυμένην καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν.

V. 498. εὐρωδείης (sed supra νο) M2.
V. 501. ἀπὸ] M2. ὑπό.
V. 503. ἀπεμνήσαντο] V2. ἐπεμνήσαντο.
V. 504. αἰθαλέοντα M2.
V. 511. αἰολόμητιν] Taur. ἀγκυλόμητιν.

gna maris, Orci etc., quae post diversis diis tradita sunt a Iove, i. e. Saturnus evomuit istos reges, quos antea in suo corpore coarctarat. Hinc novae leges divinae exortae sunt (θέμιστες), Delphico prodendae oraculo. Atque hoc ita expressum mythis est antiquis, ut Iuppiter Delphici oraculi fundamenta iecisse diceretur. De saxo illo Delphico cf. Pausan. X, 24. Ceterum haec omnia Platonem uberiora legisse, ut ex philosophi verbis divinarat Wolfius (R. P. II. p. 377. E.) uberiusque Muetzellius (p. 478 seq.) demonstrare conatus est, non facile concedam. Cf. v. 629 seq. 717. Hos versus in animo habuisse Lucianum Saturn. 5. perspicuum est.

V. 501—506. Haec ad Hesiodum non pertinent, sed ex alio quodam antiquo poemate huc translata sunt ab aliquo, qui manca haec esse putabat. Hesiodea non esse patet ex vocabulo Οὐρανίδαι v. 502., quo auctor versuum insititiorum Cyclopes notare voluit, quod tantum abest, ut Hesiodus fecerit, ut nihil magis ab eius doctrina mythologica abhorreat. Ex versibus 139. et 147. satis comprobatur Cyclopes ex Hesiodi sententia natos esse a sola Tellure, non cum Coelo, quocirca Οὐρανίδαι dici non poterant ab eo poeta, qui versus 139. et 147. conscripserat, sed poterant ab eo, qui fontes Apollodori secutus est. Hanc ob causam obelis notavi. Cf. Völcker. Myth. Iap. p. 298. Hermannus vero l. l. p. 176. ex versu 147. ἄλλοι δ' αὖ Γαίης contrarium patere dicit, quod significet: alii etiam praeter Cyclopes, unde recte colligendum esse Cyclopes etiam e Hesiodi sententia filios Coeli fuisse. Hoc vero nego. Illud enim ἄλλοι δ' αὖ pertinet ad eos filios, quos vv. 133. 134. nominaverat, quibus deinde seorsum adiecit eos (v. 139.), quorum pater non commemoratur. Gruppius de theog. p. 111. vv. 504—506. postea adiectos esse censet, versus autem 501—503. ita retinendos, ut cum v. 493. coniungantur, post quem versum lacunam statuit, reiectis praeterea vv. 494—500.

V. 505. τοπρὶν] Sic scripsi ad analogiam adverbiorum τοπρῶτον etc., ut eo facilius in-

V mutata lectione :
ἄνακτος ἐπιπλομένων
ἐνιαυτῶν.

*ἣ δέ οἱ Ἄτλαντα κρατερόφρονα γείνατο παῖδα·*
*τίκτε δ' ὑπερκύδαντα Μενοίτιον ἠδὲ Προμηθέα*
*ποικίλον, αἰολόμητιν, ἁμαρτίνοόν τ' Ἐπιμηθέα,*
*ὃς κακὸν ἐξ ἀρχῆς γένετ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσι·*
*πρῶτος γάρ ῥα Διὸς πλαστὴν ὑπέδεκτο γυναῖκα*
*παρθένον. ὑβριστὴν δὲ Μενοίτιον εὐρύοπα Ζεὺς*
*εἰς Ἔρεβος κατέπεμψε βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ*
*εἵνεκ' ἀτασθαλίης τε καὶ ἠνορέης ὑπερόπλου.*
*Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης,*
*πείρασιν ἐν γαίης, πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων,*
*ἑστηώς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτῃσι χέρεσσι.*

V. 518. *πρόπαν* Ml.

V. 519. Hunc versum cur addititium censeat Guiet., non assequor. Nam quod infra v. 747. recurrit, argumentum fere est nullum. — *ἑστειώς* V1. — *ἀκαμάτῃσι* Par. V1. et v. 747. Vulgo *ἀκαμάτοισι.*

telligatur non necessariam esse Guieti coniecturam *τὰ πρίν*, quam in textum recepit Robinsonus. Vid. Wolf. praef. ad Hom. Il. p. LXII. Totus versus 505. interpolationem redolere videbatur Heynio; sed hunc verba *τὰ πρὶν δὲ πελώρη Γαῖα κεκεύθει* de Cyclopibus intellexisse patet, quum intelligenda de fulminibus essent.

V. 507—516. Narratur eadem fabula de Prometheo et Pandora in Oper. v. 42—105. et repititis quidem versibus quibusdam ex Theogonia. Cf. Theog. 571—573. cum Opp. 70—72. Theog. 613. cum Opp. 105. Quae diversa sunt in utraque narratione perstrinxit Völcker. Mythol. Iap. p. 9 sq., sed minime is eo nobis satisfaciens, quod hinc diversis auctoribus haec carmina tribuit. Quod ut verum sit, non potest ex iis argumentis comprobari, quae protulit Völckerus post Buttm. Myth. I. p. 57. Nam haec diversitas facillime explicatur ex diversa horum poematum ratione, quorum alterum est mere physiologicum et theogonicum, alterum ethicum atque ad practicam philosophiam pertinens. Ex recens adiecto in Operibus Pandorae nomine exorta sunt additamenta illa mythica, quae absunt a Theogonia. In toto hoc mytho vere humano et humanam naturam repraesentante Atlas significat tolerantiam, Prometheus providentiam, Epimetheus caecitatem, Menoetius mortalitatem (*Μενοίτιος ὃν ὁ οἶτος μένει, ἢ ὃς μένει τὸν οἶτον*) hominum, quae nascitur ex nimia audacia; atque ex hac coniunctione duorum bonorum et duorum malorum mira est exorta natura humana. Atlantem navigationem denotare non facile mihi persuadeat Völckerus. Ceterum notandum est versus 512—516. huc non satis apte reiectos esse ab antiquis rhapsodis. Inserendi enim erant post descriptionem pugnae Cronidarum cum Titanibus. Nam post victos Titanes Cronidae *ἐκρίνοντο Μηκώνῃ* (v. 536.).

V. 513. *πρῶτος*] Nempe primus fuit Epimetheus, qui uxorem feminam sibi consociaret. Post imitati sunt homines.

V. 518. *Ἑσπερίδων λιγυφώνων*] Beatorum insulae, in quas post mortem immigrare solent ii, quibus Iuppiter favet, sunt

*ταύτην γάρ οἱ μοῖραν ἐδάσσατο μητίετα Ζεύς.*
*δῆσε δ' ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον*
*δεσμοῖς ἀργαλέοισι μέσον διὰ κίον' ἐλάσσας.*
*καί οἱ ἐπ' αἰετὸν ὦρσε τανύπτερον· αὐτὰρ ὅγ' ἧπαρ*
*ἤσθιεν ἀθάνατον, τὸ δ' ἀέξετο ἶσον ἁπάντῃ*
*νυκτός, ὅσον πρόπαν ἦμαρ ἔδοι τανυσίπτερος ὄρνις.*
*τὸν μὲν ἄρ' Ἀλκμήνης καλλισφύρου ἄλκιμος υἱὸς*
*Ἡρακλέης ἔκτεινε, κακὴν δ' ἀπὸ νοῦσον ἄλαλκεν*

V. 521. *δῆσε δ' ἀλυκτοπέδῃσι*] Mirum est quod hic legerunt Draco Strat. XII, 1. et Choerob. ap. Bekk. Anecd. p. 1182. Draco enim: *σπανίως εὑρήσεις τὸ α βραχὺ ἔθει δωρικῷ ἑπομένου φωνήεντος, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ· δῆσας ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον.* Et sic p. 64, 8. Gregor. Cor. Schaef. p. 340. Sed v. Herodian. *περὶ διχρόνων* ap. Cramer. Anecd. Oxon. III. p. 283: *πᾶν εἰς ας ἀρσενικὸν βαρύτονον ἐπ' εὐθείας ἐκτείνεσθαι θέλει, εἴτε ὄνομα εἴη, εἴτε μετοχή. Αἴας. Δρύας. Θόας. λέξας. γράψας. ποιήσας. διὸ σημειούμεθα ποιητικῶς τὸ λᾶας ἀναιδής. καὶ μέγας ἐπίθετον, τὸ δουρὶ δὲ ξυστῷ μέμηνεν Αἴας καὶ ὅσα τοιαῦτα. κατὰ πάθος δῆσας ἀλυκτοπέδῃσι.* Hic cod. Bar. 72. *δήσας ἀλήκτῳ πέδησι.* Cod. Bar. 119. haec verba prorsus omisit, unde consequens esse videtur scribendum *καὶ ὅσα τοιαῦτα κατὰ πάθος* sine reliquis additamentis, quae sine dubio sunt recentioris alicuius manus. Atque si recte ita coniecimus, ab Herodiano, si vere Herodianus auctor est libelli *περὶ διχρόνων*, non profecta est ista doctrina de *δῆσας*, sed a recentiore grammatico, qui pravo codice utebatur.

in occidentali plaga, quod Sol occidens notat vitam occidentem. Hinc factum est etiam, ut pretiosissima quaeque inveniantur in occidentis solis regione, ut ambrosia, quae a columbis Iovi affertur, ut Hesperidum poma. *Λιγύφωνοι* epithetum, quo ab Hesiodo ornantur Hesperides (ab Euripide Herc. fur. 394. *ὑμνῳδοί* et Hipp. 743. *ἀοιδοί* dicuntur), mihi ex Ligyum nomine exortum esse videtur; Hesperides enim habitant in regione Ligurina, unde etiam cycni Apollinares in Ligyam transferuntur. Cf. annotata ad Scut. 316. Müller. Dor. I. p. 274. Praeterea post *λιγυφώνων* addidi posituram, ne *ἑστηώς* cum *πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων* coniungeretur, quod nihil est nisi amplificatio verborum *πείρασιν ἐν γαίης*.

V. 522. *μέσον διὰ κίον'*] *Κίων* hic et 779. apud Hesiodum masculini generis, quod apud Homerum solet feminini esse, paucis quibusdam exceptis exemplis. Ceterum recte animadvertit Hermannus *μέσον διὰ κίονα* ita intelligendum esse, ut vincula mediae columnae infixa essent.

V. 528. *Ἰαπετιονίδη*] Animadverte duplex patronymicum; ab *Ἰαπετός* fit *Ἰαπετίων*, sicut ab *Οὐρανός Οὐρανίων*, a *Κρόνος Κρονίων*; hinc *Ἰαπετιονίδης*. V. Buttm. Gr. ub. II. p. 333. Simile est *Ἡφαιστηϊάδης* ap. Nonn. Dion. XIII, 176. XXXVII, 503. ab *Ἡφαιστήϊος* effictum, ut videtur. Nam sic *Θεστόρειος μάντις* ap. Sophocl. Ai. 788. *Ἡράκλειος ἄθλιος* Phil. 1109. Contrariam formam animadverte in

Ἰαπετιονίδῃ, καὶ ἐλύσατο δυςφροσυνάων,
οὐκ ἀέκητι Ζηνὸς Ὀλυμπίου ὑψιμέδοντος,
ὄφρ' Ἡρακλῆος Θηβαγενέος κλέος εἴη
πλεῖον ἔτ' ἢ τοπάροιθεν ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν.
ταῦτ' ἄρα ἁζόμενος τίμα ἀριδείκετον υἱόν·
καίπερ χωόμενος παύθη χόλου ὃν πρὶν ἔχεσκεν,
οὕνεκ' ἐρίζετο βουλὰς ὑπερμενέϊ Κρονίωνι.

V. 525. ἔδοι] Taur. V1. ἔδει.

V. 526 — 616. Hos versus omnes non esse antiquissimi carminis Thiersch. de Hes. p. 24. arbitratur.

V. 532 seq. ταῦτ' ἄρα ἁζόμενος] Taur. ταῦτ' ἄῤ ἁζόμενος. Gaisf. cum M3. ταῦτ' ἄρ' ἁζόμενος claudicante metro. Quum hiatum non excusare videretur Hom. hymn. Cer. 76. μέγα ἅζομαι, Vossius, ex parte immutata Graevii coniectura ταῦτ' ἄρα φραζόμενος, legi iusserat ταῦτα φραζόμενος. Hermannus ταῦτ' ἄρ' ὅγ' ἁζόμενος, in quo apostrophi ter usurpatae binaeque asperatae displicent. Mihi magis placet: ταῦτ' ἄρ' ἀγαζόμενος. Pind. Nem. XI, 6: πολλὰ μὲν λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι πρώταν θεῶν, πολλὰ δὲ κνίσσᾳ. — Recte pro καί περ L. Dind. c. A. scripsit καίπερ. Nunquam enim praemittitur enclitica περ participio suo, quod arbitrabatur Heynius, nisi adverbium praegressum sit, magis definiens participium. Sensus ergo hic est: his igitur honorare cupiens filium suum, iram quanquam magnam compressit suam. In M1. desunt vv. 532 — 579. folio, ut videtur, perdito.

V. 533. παύσθη V1. — χόλου M2. — Pro ὃν πρὶν V2. ὅνπερ.

Ἠετίδης ab Ἠετίων in oraculo ap. Herod. V, 92., cui similis est Scipiades pro Scipionides ap. Horat. Sat. II, 1, 17. et Virg.

V. 530. Θηβαγενέος] De hoc vocabulo v. Lobeck. Phryn. p. 648. et Buttm. Gr. ub. II. p. 351. Putarem ab epico poeta profectum esse Θηβηγενέος, ut Λυκηγενέος, μοιρηγενέος, σταχυηκόμος (Nonn. D. I, 104.), θεημάχος al., nisi multa in Hesiodo essent peculiaria, petita ex Aeolica et Pelasgica dialecto. Atque illi quum proprium fuerit dativos sine iota subscripto proferre (v. Bekkeri Anecd. p. 1187.), ut fere ablativis Latinis usa esse videatur, ad hoc genus etiam Θηβαγενής pertinere putaverim, quum Ibycus poeta Λιβυαφιγενής forma vere dativa usus sit (v. Herodian. περὶ μον. λ. p. 38.). Nam quod nuper arbitrabar (ad Aristot. Pol. p. 363.), esse etiam Θηβαιγενής ad normam compositionum diphthongicarum effictum, nunc non placet. Sic Romani L. Scipionem Asiaticum dixere Asiagenem vel Asiagenum; v. Eckhel. Doctr. num. II, 5. p. 188. Ἰθαγενής, quod ab Apollonio de adv. p. 600. ad ἰθαίνω refertur, simili modo ex ἰθεαγενής (ἰθέα pro ἰθεῖα, sc. γενεά) contractum esse videtur ad analogiam Θεαγένους nominis effictum. Θηβαγενής legitur in titulo apud Boeckh. Inscr. I. p. 264., λιμναγενής habet Hesychius et Ἐθαγενής idem et Bachm. Anecd. I. p. 207.

V. 534. βουλὰς] Vereor, ne βοῦλας pronuntiaverit Hesiodus ad mentem Aeolicae dialecti; v. Koen. ad Greg. Cor. de dial. p.

καὶ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι
Μηκώνῃ, τότ' ἔπειτα μέγαν βοῦν πρόφρονι θυμῷ
δασσάμενος προὔθηκε, Διὸς νόον ἐξαπαφίσκων.
τῷ μὲν γὰρ σάρκας τε καὶ ἔγκατα πίονι δημῷ
ἐν ῥινῷ κατέθηκε, καλύψας γαστρὶ βοείῃ,
τῷ δ' αὖτ' ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ
εὐθετίσας κατέθηκε, καλύψας ἀργέτι δημῷ.
δὴ τότε μιν προςέειπε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·

V. 535. Scholiasta legisse videtur *θεοὶ θνητοί, ἄνθρωποι.* Nam qui ita hunc versum interpretatur: *θνητὸς γὰρ θεὸς ὁ ἄνθρωπος*, eum illud *τε* post *θνητοί* non legisse apparet. Sed inepte haec excogitata esse patet etiam ex sequente explicatione: *ἐν τῇ Μηκώνῃ ἐκρίνοντο, τίνες θεοὶ τοὺς ἀνθρώπους λάχοιεν μετὰ τὸν πόλεμον.* Quare non tantam auctoritatem tribuerim huic scholio, quantam ei Muetzellius p. 485. tribuit propter antiquum lemma scholiorum *θνητὸς ἐών.*

V. 537. *Διὸς — ἐξαπαφίσκων*] Taur. *Ζηνὸς — ἐξαπα*-

191. Schaef. Nam si brevis est ultima primae declinationis, non licet accentu notari. Analogiam praebet *μίᾰ μιᾶς, ἄγυιᾰ* et *ἀγυιᾶ.* V. Choerobosc. in Bekk. Anecd. p. 1217.

V. 535. *ὅτ' ἐκρίνοντο*] Cf. annot. ad Op. 47 — 52. Haec fabula Peloponnesi, ut videtur, propria est, pertinetque ad ea tempora, quibus Olympicorum deorum cultus ad Peloponnesi incolas pervenit. Hinc dicitur *ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι* i. e. contenderunt inter se dii et homines; perlatus est enim ad Peloponnesios cultus Olympicus, sed hi primo dubitabant eum recipere; atque postea demum cultus secundum certas regulas receptus est. Atque hoc factum est Meconae (Sicyone) propterea, quod ibi primi incolebant Peloponnesi homines. Paus. Cor. 5, 5: *Σικυώνιοι δὲ περὶ τῆς χώρας τῆς σφετέρας λέγουσιν, ὡς Αἰγιαλεὺς αὐτόχθων πρῶτος ἐν αὐτῇ γένοιτο.* Huc etiam pertinet, quod Sicyon olim appellabatur Hellas (v. Müller. Aeg. p. 156.; de *Ἑλλάδι ἱερᾷ* cf. animadvers. ad Oper. 653.) et Telchinia. Steph. Byz.: *Σικυὼν πόλις Πελοποννήσου. Ἡ δ' αὐτὴ ἐκλήθη καὶ Μήκων* (l. *Μηκώνη* coll. Strabon. VIII. p. 382. a Clerico laudato; ineptissimus Hesiodi scholiasta cum Mycenis confudit) *καὶ Τελχινία.* De Telchinibus ita Diodor. V, 55: *ἀγάλματά τε θεῶν πρῶτοι κατασκευάσαι λέγονται.* Prometheus igitur secundum hanc fabulam Peloponnesiacam is fuit, qui Peloponnesi incolas deorum Olympicorum cultum et sacrificia doceret ita, ut antiquos deos indigenas vel desererent vel novis adiungerent. Atque hoc sese fecisse Prometheus gloriatur etiam ap. Aeschyl. Prom. 207 seq. et 502 seq. Blomf. De Mecone cf. praeterea Schol. Pind. Nem. IX, 123: *οἰκείως δὲ ἱερὰν τὴν Σικυῶνα προςηγόρευσεν· ἡ γὰρ Μηκώνη ἐπ' αὐτῆς ἐστιν, ἐφ' ἧς οἱ θεοὶ διεδάσαντο τὰς τιμάς· Ἡσίοδος· καὶ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι Μηκώνῃ, καὶ Καλλίμαχος* (fragm.

Ἰαπετιονίδη, πάντων ἀριδείκετ' ἀνάκτων,
ὦ πέπον, ὡς ἑτεροζήλως διεδάσσαο μοίρας.
Ὣς φάτο κερτομέων Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς.
τὸν δ' αὖτε προςέειπε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης,
ἦκ' ἐπιμειδήσας, δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης·
Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν αἰειγενετάων,
τῶνδ' ἑλεῦ ὁπποτέρην σε ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἀνώγει.
Φῆ ῥα δολοφρονέων· Ζεὺς δ' ἄφθιτα μήδεα εἰ-
δὼς

τίσκων. Ζηνὸς etiam P2. M2. 3. V1. Par. Em. Bar.

V. 539. ἀργέτι δημῷ, sed in m. γρ. γαστρὶ βοείῃ M2.

V. 541. καλύψας ἀργέτι δημῷ laudatur a Luciano Prometh. 3.

V. 543. περιδείκετ' V1. Par.

V. 544. μοίρας] Taur. μοῖραν. — Pro Ζεῦ v. 548. A. Ζεύς.

V. 549. ἑλεῦ] Vulgo ἕλευ. Cf. Allgem. Lehre v. Accent d. gr. Spr. p. 54. Sic ἑλεῦ Nicand. Th. 529. et sic scribi debuit Theognid. 1050. βαλεῦ.

V. 550 seq. δολοφρονέων — γνῷ ῥ' desunt in Emm.

CXCV.)· Μηκώνην μακάρων ἕδρανον αὖτις ἰδεῖν. Adde Etym. M. p. 583, 56. Schol. Ven. Il. XV, 21. Schol. Aesch. Prom. 1022. et quae allegata sunt a Vossio Epp. myth. II. p. 305. — Thierschius (de epochis etc. II. p. 26.) Sicyone fuisse rempublicam sacerdotum cur putet, nescio. Neque Welckeri sententia (Tril. Aesch. p. 190.) satis confirmata videtur. Ceterum hanc fabulam cum Latina comparabis ap. Arnob. V, 1: „accepta Numam scientia rem in Aventino fecisse divinam, elexisse ad terras Iovem ab eoque quaesisse ritum procurationis. Iovem diu cunctatum expiabis dixe capite fulgurita: regem respondisse coepitio. Iovem rursus, humano: retulisse regem, sed capillo. Deum contra, anima: piscis subiecisse Pompilium. Tunc ambiguis Iovem propositionibus captum extulisse hanc vocem: decepisti me, Numa: nam ego humanis capitibus procurari constitueram fulgurita, non capillo coepitio: quoniam me tamen tua circumvenit astutia, quem voluisti habeto morem." et de Iano simili dispertitore v. Heind. ad Hor. Sat. II, 6, 22.

V. 538 — 541. 557. De hoc sacrificiorum genere cf. doctam Vossii disputationem Epp. myth. II. p. 302 seq. et Heynium observ. ad Il. XV, 189.

V. 538. τῷ μὲν] hic, τῷ δὲ v. 540. illic.

V. 539. γαστρὶ βοείῃ] Haec enim non magni habebatur ab antiquis Graecis; dabatur mendicis; v. Odyss. XVIII, 44. Male Heynius: „γαστὴρ βοεία est ipsum corium, ῥινός." Verum corio, involucro carnis et adipis, imposuit ventriculum, ut abiecta haec pars esse videretur et contemnenda prae altera, quae ossa continebat, imposita tamen adipe, ut praeferenda esse videretur.

v. 545. V. Il. XXIV, 88. hymn. Hom. Ven. 43.

V. 547. δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης] Hom. hymn. Merc. 76: δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης eodem modo.

γνῶ ῥ' οὐδ' ἠγνοίησε δόλον· κακὰ δ' ὄσσετο θυμῷ
θνητοῖς ἀνθρώποισι, τὰ καὶ τελέεσθαι ἔμελλε.
χερσὶ δ' ὅγ' ἀμφοτέρῃσιν ἀνείλετο λευκὸν ἄλειφα.
χώσατο δὲ φρένας, ἀμφὶ δέ μιν χόλος ἵκετο θυμόν,
ὡς ἴδεν ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ.
ἐκ τοῦ δ' ἀθανάτοισιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
καίουσ' ὀστέα λευκὰ θυηέντων ἐπὶ βωμῶν.
τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προςέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἰαπετιονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδώς,
ὦ πέπον, οὐκ ἄρα πω δολίης ἐπιλήθεο τέχνης.
Ὣς φάτο χωόμενος Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς·
ἐκ τούτου δὴ ἔπειτα, δόλου μεμνημένος αἰεί,
οὐκ ἐδίδου μελέοισι πυρὸς μένος ἀκαμάτοιο

V. 553. *ἄλειφα*] Sic scripsi cum V2. M2. pro *ἄλειφαρ*. Nam illa est antiquior forma atque rarior (v. Aesch. Agam. 313. Well.), qua ad imitationem antiquorum poetarum usi sunt epici Alexandrini. Callim. ap. Etym. v. *ὄστλιγγες* (fragm. XII.), ubi pro *ἀλείφατα* dictum esse non persuadet Ruhnkenius ad hymn. in Cer. 12., et Nonn. Dion. XIV, 175: *καὶ μάγον ἀφρὸν ἄλειφα περιχρίσασα προςώπου*. Quint. Sm. XIV, 265. Cf. Etym. M. p. 491, 12. Pro *λευκὸν ἄλειφα* Vat. marg. *ἀργέτα δημὸν* ex alia recensione, ut videtur.

V. 554. *θυμόν*] Taur. Em. Bar. V1. Par. *θυμῷ*. — *ἀμφὶ δέ μιν χόλος* M3. P2. melius, quam *ἀμφὶ χόλος δέ μιν* vulgatum. Hermannus vero varias et hic recensiones animadvertisse sibi videtur, quarum una vv. 554 seq. non haberet, altera v. 551. cum 554. ita coniungeret: *γνῶ ῥ' οὐδ' ἠγνοίησε· χόλος δέ μιν ἵκετο θυμόν*, omissis omnibus, quae interiecta leguntur inter utrumque versum. Mihi potius versus 556. 557. post v. 561. traiiciendi esse videntur, illos autem (554. 555.) necessarios esse puto propter *ὡς ἴδεν*.

V. 557. In M2. hic versus legitur post 566. — Pro *βωμῶν* A.

V. 551. *γνῶ ῥ' οὐδ' ἠγνοίησε δόλον*] Cf. v. 157. Oper. 637. Sic hymn. Hom. Merc. 243. Il. X, 113: *νῆες ἑκαστάτω, οὐδὲ μάλ' ἐγγύς*. Il. I, 416: *μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δήν*. Odyss. XXII, 473: *μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δήν*. Sophocl. Oed. T. 58: *γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι*. Reisig. C. cr. ad Oed. Col. p. 165. Phil. 527: *ἄξει κοὐκ ἀπαρνηθήσεται*. Eur. Or. 613: *ἑκοῦσαν οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν*.

V. 560. *οὐκ ἄρα πω*] Prometheus quum semper fuisset *ποικίλος αἰολόμητις* (v. 511.), non tunc solum, quum Iovem circumvenit, *οὔπω* aptissimum esse videtur. Quare non possum facere cum Hermanno, qui in altera quam statuit recensione post v. 555. statim secutos esse vv. 562—569., 558—561., 570 seq. putat.

V. 569. *ἀνθρώποισι*] Hoc casce dictum pro *ἐν ἀνθρ.* v. Hom. Od. XV, 227.

V. 573 seq. *Ἐπειδὴ μετὰ μηχανῆς γίνεται, ἀθετοῦνται, διότι, φασίν, ἀπρεπὲς θεὰν οὖσαν τὴν Ἀθηνᾶν κοσμεῖν γυναῖ-*

θνητοῖς ἀνθρώποις, οἳ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν.
ἀλλά μιν ἐξαπάτησεν ἐῢς παῖς Ἰαπετοῖο,
κλέψας ἀκαμάτοιο πυρὸς τηλέσκοπον αὐγὴν
ἐν κοίλῳ νάρθηκι· δάκεν δ' ἄρα νειόθι θυμὸν
Ζῆν' ὑψιβρεμέτην, ἐχόλωσε δέ μιν φίλον ἦτορ,
ὡς ἴδεν ἀνθρώποισι πυρὸς τηλέσκοπον αὐγήν.
αὐτίκα δ' ἀντὶ πυρὸς τεῦξεν κακὸν ἀνθρώποισι.
γαίης γὰρ σύμπλασσε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις
παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον Κρονίδεω διὰ βουλάς.
ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη
ἀργυφέῃ ἐσθῆτι· κατακρῆθεν δὲ καλύπτρην,
δαιδαλέην, χείρεσσι κατέσχεθε, θαῦμα ἰδέσθαι·
ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνους, νεοθηλέας ἄνθεσι ποίης,

βομμῷ.

V. 560. ἐπιλήθεο] Taur. ἐπιλήθεαι. Em. ἐπιλάθετο. P2. M2. ἐπελήθεο.

V. 562 — 564. Spurios hos versus habuit Brunckius.

V. 563. μελέοισι] Pl. 2. Vl. μελίοισι. V2. M2. 3. Taur. Bar. RS. μελίῃσι. Quod in textu legitur scriptum est in Ml.

V. 567. Hic versus male me habet: videtur adiectus esse a librario quodam, cui abesse videbatur accusativus personae, si legeretur δάκεν δ' ἄρα νειόθι θυμόν. Sed quod cod. Emm. praebet, δάκεν δέ ἑ, et M4. voluisse videtur, qui habet δάκεν δέ οἱ; si in textum admittatur, libenter carebimus versu Ζῆν' ὑψιβρεμέτην, ἐχόλωσε δέ μιν φίλον ἦτορ. M2. χόλωσε.

V. 569. τηλεσκόπον Vl.

V. 571. σύπλασε Vl.

V. 574. ἀργυφέϊ et κατὰ κρῆθεν A.

V. 575. κατέσχε M2.

V. 576. νεοθηλέας] V2. νεοθηλέης. H. Steph. et Wolf. νεοθηλέος; sed ita inconcinne additus est ἄνθεσι dativus.

κα. SCHOL. Sed v. Diodor. Sic. V, 49.

V. 574. 575. Haec male olim ita intellexeram, ut δαιδαλέην χείρεσσι coniungerem, quo δαιδαλέην passivam haberet notionem. Sed recte habet χείρεσσι κατέσχεθε. Pandora enim veli ab Minerva ei praebiti lacinias suis manibus tenebat, quemadmodum saepissime id expressum videmus in antiquae artis monumentis. V. O. Mülleri Monum. N. 43. 45. 46. 142.

V. 576. 577. Uncis circumscripserunt Wolf. Gaisf. Dind. Alius recensionis esse putat Hermannus. Sed poeta Pandoram ut sponsam descripturus addidit quaedam, quae nobis quidem nimia videri possint, non absunt tamen a moribus institutisque antiquitatis. Sic hymn. Hom. Ven. V. v. 7. narratur: κρατὶ δ' ἐπ' ἀθανάτῳ στεφάνην εὔτυκτον ἔθηκαν et v. 18. eadem Venus dicitur ἰοστέφανος. Quod Minerva alteram coronam Pan-

ἱμερτούς, παρέθηκε καρήατι Παλλὰς Ἀθήνη·
ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνην χρυσέην κεφαλῆφιν ἔθηκε,
τὴν αὐτὸς ποίησε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
ἀσκήσας παλάμῃσι, χαριζόμενος Διὶ πατρί.
τῇ δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλὰ τετεύχατο, θαῦμα ἰδέσθαι,
κνώδαλ', ὅσ' ἤπειρος πολλὰ τρέφει ἠδὲ θάλασσα.
τῶν ὅγε πόλλ' ἐνέθηκε, (χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή,)
θαυμάσια, ζώοισιν ἐοικότα φωνήεσσιν.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε καλὸν κακὸν ἀντ' ἀγαθοῖο,
ἐξάγαγ' ἔνθα περ ἄλλοι ἔσαν θεοὶ ἠδ' ἄνθρωποι,
κόσμῳ ἀγαλλομένην γλαυκώπιδος ὀμβριμοπάτρης.

V. 577. παρέθηκε] Herm. περίθηκε vel περέθηκε. V. ad v. 678.

V. 578. δὲ abest ab A.

V. 582. ἠδὲ abest M1.

V. 583. τῶν] Taur. τῶ. Antea κνώδαλα ὅσσ' sine πολλὰ Bar.

V. 584. θαυμάσια] Sic M1. 3. V1. 2. Taur., θαυμασία Par. Tr. Ceteri θαυμασίη. Nostrum multo concinnius. Post h. v. inserendos esse versus 77—82. ex Opp. et Dieb. arbitrabatur Twesten. Comm. crit. de Hes. p. 46. — Vulgo ζωοῖσιν, sed ζώοισιν recte V1.

V. 585. ἐπειδὴ τεῦξε καλὸν] Herm. ad Orph. p. 817. αὐτὰρ ἐπεὶ τεῦξεν, quod recepissem, si certam Opp. 63. corrigendi invenirem viam. Sed in didactico carmine hanc licentiam sibi concessisse poetas verisimile est.

V. 587. ἀγαλλόμενοι V1. — ὀμβριμοπάτρης] Sic plerique codd. (V2. Vat. Taur. Em.) et optimi. Ceteri ὀβρ.

V. 590. Hunc versum alterius recensionis, versus 591—593. alterius esse existimat Hermannus, rectissime.

V. 591 seq. Haec vulgo ita interpunguntur: τῆς γὰρ ὀλώϊόν ἐστι γένος· καὶ φῦλα γυναικῶν πῆμα μέγα θνητοῖσι μετ' ἀνδράσι ναιετάουσιν. Optima est Hermanni correctio πῆμα μέγ', αἳ pro πῆμα μέγα. Vix enim illud asyndeton tolerari posset, quod vulgata continetur scriptura. Sed vereor, ne Simonides in mulier. 94. veterem interpunctionem secutus sit dicens: τὰ δ' ἄλλα φῦλα ταῦτα μηχανῇ Διὸς Ἔστιν τε πάντα καὶ παρ' ἀνδράσιν μένει. — Pro μετ' Taur. κετ' (sic).

dorae imponit, Vulcanus alteram, id ex Attico mytho facile explicatur, in quo Minerva cum Vulcano coniungitur. V. Creuzeri Symb. II. p. 660. — παρέθηκε i. e. παρὰ τὴν καλύπτρην ἔθηκε. Καλύπτρη est velum, στέφανοι coronae, στεφάνη diadema. Verba v. 584. ζώοισιν ἐοικότα φωνήεσσιν recte cum fabula Simonidea comparantur a Welcker. Tril. Aesch. p. 76.

V. 585. τεῦξε] Nempe Iuppiter: cf. v. 570., quod moneo propter Twestenium (de Hesiod. Opp. et D. p. 46.), quem sensus verborum τεῦξε καλὸν κακὸν ἀντ' ἀγαθοῖο fugisse videtur. Sensus est: Ζεὺς καλὸν κακὸν (Pandoram) ἀνθρώποις τεῦξεν ἀντ' ἀγαθοῦ (ignem dicit). Her-

θαῦμα δ' ἔχ' ἀθανάτους τε θεοὺς θνητούς τ' ἀνθρώπους,
ὡς εἶδον δόλον αἰπύν, ἀμήχανον ἀνθρώποισιν.
[Ἐκ τῆς γὰρ γένος ἐστὶ γυναικῶν θηλυτεράων.]
τῆς γὰρ ὀλώϊόν ἐστι γένος καὶ φῦλα γυναικῶν,
πῆμα μέγα θνητοῖσι μετ' ἀνδράσι ναιετάουσιν,
οὐλομένης πενίης οὐ σύμφοροι, ἀλλὰ κόροιο.
ὡς δ' ὁπότ' ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι μέλισσαι
κηφῆνας βόσκουσι, κακῶν ξυνήονας ἔργων,
αἱ μέν τε πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
ἠμάτιαι σπεύδουσι, τιθεῖσί τε κηρία λευκά,
οἱ δ' ἔντοσθε μένοντες ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους,

V. 593. οὐ σύμφοροι, ἀλλὰ κόροιο] Ita Stobaeus, Taur. Vat., sed Bar. ἀσύμφοροι, Emm. ἀσύμφορα, V2. Wolf. οὐ σύμφορα. Pro ἀλλὰ κόροιο Vat. M1. P2. ἀκόρεστοι.

V. 594 — 599. Interpunxi cum Schaefero Melet. crit. p. 136., quum vulgo post ἀμῶνται minus plena esset positura. Pro σμήνεσσι RS. σίμβλοισι, M1. ὁπότε σμήνεσσι. Schaeferus tamen malebat σίμβλοισιν ἐπηρεφέεσσι. Ego vero σίμβλοισι glossema esse puto pro σμήνεσσι propter v. 598. additum. Nam ita scholiasta: ἐν σμήνεσσιν] ἐν σίμβλοις ἐκ τοῦ περιεχομένου τὸ περιέχον. Hermannus variarum recensionum vestigia in hac codicum scriptura sibi agnovisse videtur, quarum una haberet ὡς δ' ὁπότ' ἐν σμήνεσσι et βόσκωσι, pro ἠμάτιαι vero aliud epithetum, cetera sicut nunc leguntur, altera sic fere audiret:

ὡς δ' ὁπότ' ἐν σίμβλοισι κατηρεφέεσσι μέλισσαι
ἠμάτιαι σπεύδουσι τιθεῖσί τε κηρία λευκά·
οἱ δ' ἔντοσθε μένοντες ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους,
κηφῆνες παρὰ τῇσι κακῶν ξυνήονες ἔργων
ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται.

Pro βόσκουσι M1. Em. V2. P2. βόσκωσι, quod nolui recipere propter insequens σπεύδουσι, quod, si vel maxime colo post ἔργων posito magis a βόσκωσι disiunxeris, nihilo minus cum eo cohaeret. Pro ξυνήονας Taur. Vat. M1. ξυνήνορας, in marg. Vat. ξυνήνερας (sic).

V. 595. κακοὺς Tr.

V. 597. ἠμάτιαι] R. M1. ἠμάτιον. Fort. ἀκάμαται.

mannus τεῦξεν de Vulcano intellexit, quod propter antecedens τεῦξεν (570.) minus aptum esse puto.

V. 590 — 612. Haec uncis inclusit Wolf., Heynii iudicium secutus. Agnoscuntur tamen, quod idem Wolfius monuit, a Pausan. Att. 24., nec facile concedam a misellis versificatoribus proculsos esse versus 590 — 593; contra mihi videntur haud indigni esse antiquissimis poetis.

V. 593. πενίης οὐ σύμφοροι] Theognid. 526: ἡ πενίη δὲ κακῷ σύμφορος ἀνδρὶ φέρειν. Porro de κόρῳ cf. eundem Theognid. 153: τίκτει τοι κόρος ὕβριν. Quod dixit γένος καὶ φῦλα γυναικῶν est pro γυναῖκες, quare post per appositionem addidit οὐ σύμφοροι.

ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ᾽ ἀμῶνται·
hic aliquantum degeneraverit natura humana; deinde intelligitur, cur optarit Hesiodus, ut non hac aetate viveret, qua vivit, sed aut priore aut ea, quae suam secutura est, quae, quanquam ipsa facile inferior heroicae aetatis virtutibus, tamen aliquanto melior erit ea, quae post secutura est. Aetates igitur horum orbium se excipientes sunt hae: aureum saeculum, innocentiae humanae tempus, quo dii cum hominibus vixerunt coniunctissime, homines post mortem facti sunt δαίμονες ἐπιχθόνιοι, φύλακες ἀνθρώπων; argenteum saeculum, desidiae humanae tempus, quo homines eo a diis defecerunt, quod, licet facinora nulla committerent, tamen inertia ignaviaque peccarunt; facti sunt post obitum δαίμονες quidem ὑποχθόνιοι, sed non additur curam eos aliquam habuisse hominum; aeneum saeculum, quo impietati hominum accedebant facinora; atque hi quidem postquam νώνυμνοι εἰς ἀΐδην migrarunt, primus orbis finitur. Sequitur secundus, cuius initium est aetas heroica, insignis quidem iustitia, sed bellicosa tamen (ἄρειον ab ἄρειος videtur derivandum esse secundum Proculum). Atque horum quidem pars post mortem (v. 166.) item migravit εἰς ἀΐδην, sed εὔνμνος, sine dubio quod a poetis celebraretur; pars vero in insulas beatorum viva (v. 167.) transfertur. Finis huius orbis est Hesiodi aetas, quam ipsa Iustitia et Pudor ita relicturae sunt, ut ex malis hominibus obruituris nullum videatur refugium esse. In his quinque aetatibus hoc prorsus videtur singulare esse, quod quarta quae numeratur aetas nomen non tulit a metallis. Hoc si de industria factum ab Hesiodo, consectarium est nec quintum dici a metallo potuisse, sed σιδήρεον γένος eo modo intelligendum esse, quem indicavi ad v. 176., contra, si quintae aetati vere voluit nomen a metallo indere, debuit etiam quartae mea quidem sententia. Quid igitur, si v. 157. scriptum erat ἠλέκτροιο τέταρτον κτλ.? ἤλεκτρον enim et specie auri fuit simillimum, ut heroica aetas aureae aetatis hominibus, et, quum in compositis haberetur metallis, aptissimum erat heroibus ἡμιθέοις, a diis oriundis et hominibus. Sed longe praestat altera illa sententia, me quidem iudice, quum duo ultima saecula vere videantur terra genita esse. Tertius denique orbis post Hesiodi aetatem secuturus est. Tota vero fabula facile explicatur ex antiqua persuasione de depravatione hominum. Prellerus vero (Demeter und Persephone p. 223.) statuit gentes vere Graecas hic in animo habuisse Hesiodum, similemque sententiam diserte nuper explicuit C. Fr. Hermannus (Verhandl. der dritten Versammlung deutscher Philologen u. Schulm. p. 62.). Mihi tamen recte videtur vidisse Voelckerus (Mythologie des iapet. Geschlechts p. 250 seq.)

ἀθάνατοι ποίησαν Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντες.
[οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ᾽ οὐρανῷ ἐμβασίλευεν·]
ὥςτε θεοὶ δ᾽ ἔζωον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος· οὐδέ τι δειλὸν
γῆρας ἐπῆν, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι
τέρποντ᾽ ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων·
θνῆσκον δ᾽ ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα

V. 111. Vat. 2. *ἐβασίλευεν*. Non ab Hesiodo profectus esse videtur hic versus. Nusquam enim Saturnus in diis olympicis habetur. Ceterum primus fuisse videtur Dicaearchus, qui de aurea sub Saturno aetate diceret, cuius ne apud Aratum quidem mentio iniicitur. Cf. Bergkii Commentat. de reliquiis Com. Att. p. 188., cui tamen non adstipulor in iis, quae de antiqua Saturni religione disseruit. Ceterum v. 111—120. laudavit Diod. V, 66., v. 111. in mente habuit Schol. Ven. Il. I, 222.

V. 112. *ὡς δὲ θεοὶ ζώεσκον* Br., Gaisf. ex Diod. Herm. Orph. p. 820.

V. 113. *ἄτερ πόνων* M5. Vat., *ἄτερ γε π.* Med., *ἄτερθε* Br. (et sic Vat. 2., sed *θε* eraso), *ἄτερ πόνου* Herodian. *περὶ σχημ.* p. 61.

discrimen, quod est inter nobilissimos heroicae aetatis homines, vere illius historicae, et homines insequentis aetatis longe inferiores, causam fuisse primariam, cur simile antecedentis temporis discrimen poetae excogitarent sibique fingerent; quemadmodum etiam patriarcharum et regum aetates, quae vere se exceperunt apud homines, ad deos retulerunt Graeci, Saturnique et Iovis regno expresserunt. Si quis autem quaerat, cur a metallis aetatibus tribus nomina indiderit Hesiodus, tam ex iis id apparet, quae dixi ad v. 108., quam ex eo, quod tria metalla, quae hic nominantur, moribus singularum aetatum videntur esse simillima. Nam aurum, quod primo ponitur loco, omnium metallorum minime arroditur robigine (Theogn. 452. Schneidew.), quae ipsa videtur simulacrum esse tam pravitatis vitiorumque hominum, quam debilitatis eorum, quae morbis et senectuti obnoxia est.

V. 119. „Cum multis bonis rebus transigunt tranquilli.“ LEHRS. Quaest. epp. p. 233.

V. 120. *ἀφνειοὶ μήλοισι*] i. e. locupletes. Pecora aevo antiquissimo sunt pro divitiis, v. 163. et animadvers. ad Scut. 39. Post hunc versum Spohnius addiderat alios duos: *ξυναὶ γὰρ τότε δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ θόωκοι Ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ᾽ ἀνθρώποις*, ex Origene contra Cels. IV. p. 216. ed. Spencer. et Schol. Arat. Phaen. 97., qui priorem habet. Secutus est Lehrs. Qu. epp. p. 233., non sine veri quadam specie; ego vero sequi non ausus sum propter Homericorum locorum dissensionem, Od. I, 22. 25. VII, 201 seq., qui satis demonstrant etiam heroica aetate socios fuisse hominibus deos. V. Vossii Antis. II. p. 453 seq. Potuit igitur eandem heroum aetatem auctor intellexisse, quum istos versus faceret.

V. 122. Cf. v. 252 seq. Haec de geniis doctrina non est Graeca, sed ex oriente, ut videtur, petita, ignota saltem Homero, qui ita Odyss. XVII, 485: *καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστρωφῶ-*

τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
αὐτομάτη, πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ
ἥσυχοι ἔργ' ἐνέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν,
[ἀφνειοὶ μήλοισι, φίλοι μακάρεσσι θεοῖσι.]
αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς

V. 115. *κακῶν ἔντοσθεν ἐόντες* MS. Diod.
V. 116. *ὡς*] Par. Vat. 2. *ὧςθ'*.
V. 118. *πολύν τε* Vl.
V. 119. *ἔργ' ἐνέμοντο*] Sic Vl. M5. Vat. Par. Vulgo *ἔργα νέμοντο*. — *ἥσυχα ἔργα* scripsit Bentl.
V. 120. Hic versus conservatus est a Diod. Sic. V, 66. Abest a codd. omnibus. Graevius aliique reiecerunt post 115.
V. 121. *ἐπεί κεν* MSS., Tzetza *ἐπεί κε*, *ἐπειδὴ* Plat. Cratyl. p. 397., *ἐπεὶ καὶ* Brunck. Serioris originis h. versus sec. Spohn.
V. 122. Plato de rep. V. p. 469.: *οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν, ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλ. μερόπων.* Cratyl. p. 397: *μοῖρ' ἐκάλυψεν, οἱ μὲν δαίμονες ἁ. ὑποχθόνιοι καλέονται, ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι.* Plut. de def. or. 39. *ἁγνοὶ ἐπιχθ. κτέ.*

*σι πόληας ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.* Quae negotia apud Homerum tribuuntur diis, eis apud Hesiodum *δαίμονες ἐπιχθόνιοι* funguntur, ab ipsis diis magnopere diversi. Menander (Meinekii fragm. poet. com. IV. p. 238.): *ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου ἀγαθός κτέ.* Daemones Hesiodios, immortales post vitam terrestrem transactam, dignitate sequuntur *μάκαρες θνητοὶ ὑποχθόνιοι*, qui non fruuntur immortalitate, sed genii sunt ad tempus, ut nymphae; tertium genus (*χάλκειον*) post mortem in Hadem sine honore descendit, ut ita gradus conspiciantur: *ἐν ᾅδῃ, ὑπὸ χθονί, ἐπὶ χθονί.* Ne putes vero *τοὺς ὑποχθονίους* esse malos genios, ut volebat Buttmannus cum Lanzio l. l. p. 161. Nam recte de hoc loco Plutarchus in libro de def. orac. 10: *Ἡσίοδος δὲ καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρῶτος ἐξέθηκε τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη, θεούς, εἶτα δαίμονας πολλοὺς κἀγαθούς* (aeneum genus non durat ideoque non numeratur in geniis), *εἶτα ἥρωας, εἶτα ἀνθρώπους, τῶν ἡμιθέων εἰς ἥρωας ἀποκριθέντων*, ubi genera aureum, argenteum et aeneum uno corpore *δαιμόνων πολλῶν κἀγαθῶν* comprehendit. Aliter de Is. et Os. 26. *Μάκαρες θνητοί* similes sunt Manibus, de quibus v. Müller. Etr. II. p. 95. Daemones mali (*ἀλάστορες*) primum a Zaleuco (si modo verus est Zaleucus) memorantur apud Stobaeum Sentent. p. 279. Postea Thaletis doctrina simile quid videtur aperuisse, ut ab Athenagora ea traditur (leg. pro Christ. p. 8. H. St.): *πρῶτος Θαλῆς διαιρεῖ (ὡς οἱ τὰ ἐκείνου διαιροῦντες ἀκριβοῦντες μνημονεύουσιν) εἰς θεόν, εἰς δαίμονας, εἰς ἥρωας· ἀλλὰ θεὸν μὲν τὸν νοῦν τοῦ κόσμου εἰςάγει, δαίμονας δὲ οὐσίας ψυχικάς, καὶ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων, ἀγαθοὺς μὲν τὰς ἀγαθάς, κακοὺς δὲ τὰς φαύλας.* Ab his longe diversus est Pindar. Fragm. 97: *ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπουράνιοι γαίᾳ πωτῶνται ἐν*

ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο,
ὥςτε σέ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα·
αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο,
ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.
ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε χολωσάμενος φρεσὶν ᾗσιν,
ὅττι μιν ἐξαπάτησε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.
τοὔνεκ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
κρύψε δὲ πῦρ· τὸ μὲν αὖτις ἐῢς παῖς Ἰαπετοῖο

V. 44. Herm.: ὥςτε κέ σ' vel ὥςτε καὶ εἰς ἕν. Fortasse ὥςτε σε κεἰς, id ut sit crasis pro καὶ εἰς.

V. 45. Fort. αἶψά τε πηδάλιόν κεν. — μὲν abest a Vat. 2. — Schol. Aristoph. ad Ach. 278. ἔνθα κε; ad Av. 713. αὐτίκα π.

V. 48. ἀγκυλομήτης] Al. ἀγκυλόμητις, ut Philemo p. 5. Osann.

V. 49. κήδεα] G. μήδεα.

V. 50. Pro αὖτις vulgo αὖθις. Ceterum quae inde ab hoc versu sequuntur a ceteris seiungenda esse Lehrsius putat Quaest. ep. p. 224. Mihi nondum persuasit.

V. 53. τόν τε A.

V. 54. κέρδεα εἰδώς Vat. 2.

V. 55. χαίροις Vl. — Postea pro ἠπεροπεύσας al. cum Vat.

ni sententia, qui arbitratur v. 11—41. 200—324. unum carmen esse, adiectos videri v. 42—199. Certe v. 42—46. arcte coniunctos esse cum 11—24. satis patere puto. Quod cum hoc enuntiato non facile concinnari posse videtur v. 309: καί τ' ἐργαζόμενος πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν, explicatur eo, quod haec omnia sunt ethica proverbia, seorsum spectanda.

V. 43. ῥηϊδίως γάρ κεν — ἐργάσσαιο] Supple εἰ μὴ ἔκρυψαν.

V. 44. ὥςτε σέ — ἔχειν] Thiersch. de Hes. p. 15. illud ὥςτε cum inf. recentioris aetatis esse putat, apud Homerum non legi. Sed ita Odyss. XVII, 21. Cf. Lehrs. de Arist. p. 160.

V. 45. πηδάλιον ὑπὲρ καπνοῦ] Spohnius: „ne corrumpatur gubernaculum, ut 629." Recte quidem in universum. V. Virgil. Ge. I, 175: et suspensa focis exploret robora fumus. Sed hic alia significatio accedit: non amplius opus foret neque gubernaculo neque laboribus boum. Recte locum intellexit Mitscherlichius l. l. Passoviusque loci Homerici Odyss. XIX, 7. admonuit.

V. 46. ἔργα βοῶν] Odyss. X, 98. sunt agri culti.

V. 47—51. Haec ex ipso Hesiodo sunt explicanda, non ex Aeschylo, non ex Aesopi fabulis, quas commemoravit Mitscherl. Meconae (cf. annot. ad Theog. 535.) homines cum diis disceptabant, utrum melius esset carnem diis offerre in sacrificiis, an ossa cum omento (v. Voss. Epp. myth. II, 39.). Tandem homines, Promethei astutia usi, Iovem ita deceperunt, ut ossa sibi inscius, ut videbatur, eligeret, carnem vero hominibus relinqueret. Hinc detecta hominum malignitate ignem subtraxit Iuppiter, quem ferula deinde inclusum Prometheus rapuit mortalibusque dono dedit. Hoc pactum mortalium cum diis de sacrificiis comparan-

ἔκλεψ' ἀνθρώποισι Διὸς πάρα μητιόεντος
ἐν κοίλῳ νάρθηκι, λαθὼν Δία τερπικέραυνον.
τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἰαπετιονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδώς,
χαίρεις πῦρ κλέψας καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας,
σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι·
τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν ᾧ κεν ἅπαντες
τέρπωνται κατὰ θυμὸν ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.

ὑπεροπεύσας, pauci ἠπεροπεύσας.

V. 56. σοί τ' αὐτῷ] Apollon. de pron. p. 125: ὑπὸ Ἡσιόδου ἐν ἀρχῇ τεθεῖσα (ἡ σφίν) εὐλόγως ὠρθοτονήθη ἐν τρίτῳ, σφὶν δ' αὐτοῖς μέγα πῆμα. Gramm. ap. Cramer. Anecd. Oxon. I. p. 388: ἅπαξ δ' ὠρθοτονήθη παρ' Ἡσιόδῳ, ἐπεὶ καὶ προετάγη· σφίν τ' αὐτοῖς μέγα πῆμα. Hinc σφὶν δ' αὐτοῖς scripserant Spohn. et Dind., monente Schaefero. Sed nostrum locum non spectavit Apollonius. V. Fragm. 61.

V. 57. σοὶ δ' ἐγώ Clemens Alex.

V. 58. ἑὸν] Proculus: μέμφονται δὲ τὸν Ἡσίοδον οἱ περὶ Ἀπολλώνιον, ὅτι ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο, ὁμοίως δὲ καὶ Καλλίμαχος αἰτιᾶται διὰ τὸ αὐτό. V. Apollon. de pron. p. 125. τέρπονται VI. et Achilles Tat. I, 8. p. 14. Iacobs.

dum est cum simili fabula Numae et Iovis apud Arnobium V, 1. Secundum Hesiodum mortales iam ante noverant ignis usum, quod comprobatur tum sacrificio, quo ante usi erant, ut testis est Theogonia, tum particula αὔτις v. 50. Oper. Hominibus igitur, ut poenam luerent, Iuppiter Pandoram dedit, i. e. mulierum mores mutavit in peius, easque novarum rerum cupidas fecit, ut proterva sua levitate ac luxuria compensarent virorum industriam et ad altius enitendi studium. Nempe iam ante Pandoram Epimetheo datam genus muliebre erat (errat enim Pausan. de Hesiodo exponens Att. 24.), sed absque artibus illis (v. 64 — 66.) a Minerva et Venere adiectis, quae simul cum magis exculto per Prometheum ingenio virorum effloruere. Nam ut virile genus Prometheus excoluit, ita muliebrem sexum Minerva cum Venere, idque magno virorum detrimento factum. Cf. Buttm. Mythol. I. p. 48 seq. et Welcker. Tril. Aesch. p. 73 seq.

V. 51. ἔκλεψ'] Secundum auctorem hymn. in Merc. 108. Mercurius simile quid invenit. Ceterum animadvertas scholium Proculi: Μῦθος· κλέψας ὁ Προμηθεὺς τὸ πῦρ εἰς πόλιν ἦλθεν Αἰτωλίαν· ἀφ' οὗ συνέβη τὴν πόλιν κληθῆναι Πυρηνίαν. Similiter in Theogonia Meconae mentio iniicitur.

V. 56. σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα] Homer. Il. III, 50: πατρί τε σῷ μέγα πῆμα — κατηφείην δὲ σοὶ αὐτῷ.

V. 58. ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες] Apollon. de pron. p. 143. B: Ἡσίοδος μέντοι ἐπιμεμπτός ἐστιν εἰπών· ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες, ἐν ᾧ ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο — δέον σφόν· — ὑπὲρ δὲ τοῦ Ἡσιοδείου οὕτω τινὲς ἐκδέχονται τῆς ἀντὶ πυρὸς δοθείσης γυναικὸς τέρπονται ἑὸν ἕκαστος κακὸν ἀμφαγαπῶντες. Ceterum Hesiodum respexisse videtur

῝Ως ἔφατ᾽· ἐκ δ᾽ ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
῞Ηφαιστον δ᾽ ἐκέλευσε περικλυτὸν ὅ ττι τάχιστα
γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ᾽ ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν
καὶ σθένος, ἀθανάταις δὲ θεαῖς εἰς ὦπα ἐΐσκειν
παρθενικῆς καλὸν εἶδος, ἐπήρατον· αὐτὰρ ᾿Αθήνην
ἔργα διδασκῆσαι, πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν·
καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσέην ᾿Αφροδίτην,
καὶ πόθον ἀργαλέον καὶ γυιοκόρους μελεδῶνας·
ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
῾Ερμείαν ἤνωγε, διάκτορον ᾿Αργειφόντην.
῝Ως ἔφαθ᾽· οἱ δ᾽ ἐπίθοντο Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι.
αὐτίκα δ᾽ ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς ᾿Αμφιγυήεις
παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον Κρονίδεω διὰ βουλάς·

V. 59. ἐκ δ᾽ ἐτέλεσσε Origenes.

V. 60. Schol. Pind. Nem. VI, 1. ἐκέλευε. Clemens Al. Strom. V. p. 708. δὲ κέλευσε et paulo post καὶ νόον.

V. 62. καὶ σθένος] Haec vulgo maiore distinctione separantur ab insequentibus verbis, quum aeque bene ad Vulcanum pertineant atque praegressa verba. Pro ἀθανάταις θεαῖς al. cum A. ἀθανάτῃς θεῇς, Origenes ἀθανάτοις δὲ θεοῖς.

V. 63. παρθενικῆς] Al. codd. (ut V2. G.) παρθενικαῖς. Par. παρθενικῇσι. Scribendum fortasse καλὸν παρθένου εἶδος. V. Herm. Orph. p. 817.

V. 64. διδασκῆσαι] Br. ex Orig. διδασκέμεναι. Sed v. Herm. ad Aristoph. Nubb. 1110. (nov. ed.).

V. 66. γυιοκόρους] V1. γυιοβόρους, quod coniecerat Steph. Eustath. p. 1715, 53. γυιοκόνους. — μελεδῶνας] Sic V1.2. Gaisf. Vulgo μελεδώνας.

V. 67 seq. uncinis inclusit Bentl., qui ἐπίκλοπα ἤθη corrigit.

V. 68. ῾Ερμείην V2.

V. 69—80. recentius additamentum esse censebant Passovius, Lehrsius Quaest. ep. p. 227. ex alia huius narrationis recensione.

V. 71. 72. Hos versus ut ex Theogonia repetitos (572. 573.) un-

Theocritus Id. XIV, 36: ἐμὸν κακόν, οὔ τοι ἀρέσκω;

V. 61. ὕδει] Choeroboscus ap. Bekk. Anecd. p. 1209: ἀπὸ τῆς ὕδας εὐθείας, ἐξ ἧς ἡ γενικὴ ὕδατος γίνεται ὕδος — ἔχομεν δὲ καὶ δοτικὴν διὰ τῆς ει διφθόγγου, ὡς παρ᾽ ῾Ησιόδῳ· γαῖαν ὕδει φύρειν.

V. 66. γυικόρους μελεδῶνας] Vide, ne γυιοκόρον a γυῖον et κείρειν derivari possit. Sed cf. Theog. 593. Μελεδῶνες melius dicitur quam μελεδῶναι; cf. Ruhnken. Ep. crit. II. p. 391. ed. II. Heinr. ad Cicer. de rep. p. 161. Nam praeter Odyss. XIX, 517. recentioris tantum aetatis est μελεδώνη. V. Lobeck. Paral. I. p. 146. Sic Quint. Sm. IX, 369. ἀργαλέαι μελεδῶναι. Γυιοβόρους adiectivum in codi-

ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
ἀμφὶ δέ οἱ Χάριτές τε θεαὶ καὶ πότνια Πειθὼ
ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ· ἀμφὶ δὲ τήνγε
Ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι·
πάντα δέ οἱ χροῒ κόσμον ἐφήρμοσε Παλλὰς Ἀθήνη.
ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος Ἀργειφόντης
ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
τεῦξε Διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου· ἐν δ' ἄρα φωνὴν
θῆκε θεῶν κήρυξ· ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα
Πανδώρην, ὅτι πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δόλον αἰπὺν ἀμήχανον ἐξετέλεσσεν,
εἰς Ἐπιμηθέα πέμπε πατὴρ κλυτὸν Ἀργειφόντην

cis inclusit Dind., Gaisfordi sententiam secutus (ad Theog. 570.). Atque sane hoc cautius factum esse videtur, quam cum Ruhnkenio et Brunckio v. 76. expellere. Quicquid tamen statueris, male habet de Venere silentium, cuius ante iniecta mentio erat (v. 65.). Ergo dicendum erit aut nunc pro Venere Gratias commemorasse poetam (v. 73.), aut v. 76. pro Παλλὰς Ἀθήνη scribendum esse δῖ' Ἀφροδίτη. Videtur autem inprimis haec de Pandora narratio tam in Theogonia quam in Operibus varios rhapsodorum excessus experta esse. Herm. v. 72. eiiciendum esse censet.

V. 74. τήνδε Orig. Vat. 2. et postea (v. 75.) καλλιπλόκαμοι. Ante χροΐ Vat. 2. περὶ habet.

V. 76. et 79. uncinis inclusit Bentl.

V. 77. στήθεσσι] Gal. στήθεσφι. — διάκτορα Ἀ. V1.

V. 79. spurius sec. Heyn. Il. XVIII, 419.

V. 80. Pro δὲ τήνδε γυναῖκα primo a poeta dictum fuisse δ' ἄρ' αὐτήν putabat Herm.

V. 82. ἐδωρήσαντο Orig.

V. 83. ἐξετέλεσσαν, sed supra scr. εν Vat. 2. ἐξετέλεσσαν Vossius in vers. Germ.

ce repertum aliquantum sustentari videtur imitatione Nonniana Dionys. XLVII, 53. θυμοβόροι μεληδόνες.

V. 72. ζῶσε καὶ κόσμησε] Haec de veste ipsa intelligenda sunt, coll. 63. 64.

V. 79. φωνήν] Haec non adversantur v. 61., quo Vulcanus αὐδήν tribuisse dicitur. Haec enim (αὐδή) nihil est nisi vox humana, φωνή vero est suada data ab Mercurio. Hoc moneo propter eos grammaticos, qui, Proculo teste, τοῦτο περιττόν φασι καὶ οὐ γνήσιον.

V. 82. ἀλφηστῇσιν] V. annot. ad Scut. 29.

V. 84. πέμπε — δῶρον ἄγοντα] Exspectabas δῶρον ἄγειν, ut Il. I, 338. 347. σφῶϊν δὸς ἄγειν, δῶκε δ' ἄγειν.

δῶρον ἄγοντα, θεῶν ταχὺν ἄγγελον· οὐδ' Ἐπιμηθεὺς
ἐφράσαθ', ὥς οἱ ἔειπε Προμηθεὺς μήποτε δῶρον
δέξασθαι πὰρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν
ἐξοπίσω, μή πού τι κακὸν θνητοῖσι γένηται.
αὐτὰρ ὃ δεξάμενος, ὅτε δὴ κακὸν εἶχ', ἐνόησε.
Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
νούσων τ' ἀργαλέων, αἵτ' ἀνδράσι κῆρας ἔδωκαν.
[αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.]

V. 85. *θεῶν, ταχὺν ἄγγελον* al.

V. 86. 87. Laudantur *μήποτε — ἀποπέμπειν* a Plut. de aud. poet. VII. p. 88. Hutten.

V. 88. *γένοιτο* Br.

V. 91. Codd. quidam cum Vat. *ἄτερ κακῶν*, Br. *ἄτερθε κ.*

V. 92. *κῆρας*] *γῆρας* Vat. G.

V. 93. deest in M5. al. Adiectus est, ut monuere interpretes, ex Hom. Od. XIX, 360. ab eo librario, qui versu antecedente *γῆρας* scripserat; legitur enim in eodem codice, qui *γῆρας* habet, atque inde in alios quoque migravit. Delevit Br.

V. 94 — 104. laudantur a Plut. Consol. ad Apoll. T. VII. p.

V. 90. *γάρ* a concinnatore esse putat Lehrsius Quaest. epp. p. 229. Mihi vero haec olim coniuncta esse videntur.

V. 94. *πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα*] Simplicissima sententia videtur haec: Ut homines liberi essent a malis, haec omnia in magnum vas collecta atque inclusa in Epimethei domicilio Prometheus collocaverat. Quod, quanquam non dictum est expressis verbis, tamen facile supplebis factum esse pro studio Promethei erga mortales; docetur id etiam a Proculo, cui Tzetzes adversatur, mortalium ineptissimus. Sed haec si fuit sententia, sine dubio huius rei antea ab Hesiodo mentio facienda erat post v. 92.; nam pro versu 93. exspectabamus alium, ut hunc: *πάντα γὰρ εἰς πίθον εἶρξε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης*, nisi maior quaedam hic statuenda lacuna est, qualem indicavit Proclus: *φησὶν, ὅτι Προμηθεὺς τὸν τοῦ κακοῦ πίθον παρὰ τῶν Σατύρων* (Satyros etiam alibi commemoraverat Hesiodus: v. fragm. 127.) *λαβὼν καὶ παραθέμενος τῷ Ἐπιμηθεῖ, παρήγγειλε τὴν Πανδώραν μὴ δέξασθαι.* Si nihil deest, quod mihi quidem parum probabile videtur, statuendum est Pandoram vas malorum plenum secum attulisse ex Iovis aedibus (Hom. Il. XXIV, 527.) atque aperuisse de industria, quum ita Iuppiter iussisset. Huic sententiae faveret v. 99. Atque vasis operculum quum aperuisset Pandora, statim mala evolarunt omnia, excepta Spe, quae relicta est in vase, quod Pandora, perturbata rei novitate, operculum rursus, quanquam sero, imposuit. In quo illud nuper negotium facessivit Spohnio et Mitscherlichio, quod Spes, quae animos mortalium mirum in modum demulcere solet, simul cum malis istis arca inclusa asservatur. Sed hoc vereor ne magis e mente Christianorum quam antiquorum Graecorum diiudicaverint, quibus spes in malis habetur, etiam eam ob cau-

ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
ἐσκέδασ'· ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
μούνη δ' αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισιν
ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
ἐξέπτη· πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο,
[αἰγιόχου βουλῆσι Διὸς νεφεληγερέταο.]
ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται.
πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα·
νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ

326. Hutten.

V. 95. *μήδεα* G., *μήδετο* Plut., *κέρδεα* Vat. 2.

V. 96. *δόμοισιν*] Seleucus *πίθοισι*.

V. 97. *ἔμιμνε*] Al. *ἔμεινε*, ut V2. Vat. Plut. Br. Male.

V. 99. abest a quibusd. codd. et Plut. l. l. Sed Graevius unde rescierit Aristarchum hunc versum spurium habuisse, nescio. Tzetzes eum agnoscit. Eiecit Br. Ac negari non potest hunc versum pugnare cum v. 105. Cf. Lehrs. Quaest. ep. p. 229.

V. 102. *ἐφ' ἡμέρῃ*] Pauci *ἐφ' ἥμερ'* vel *ἐφήμεροι*. V1. *ἐφημέριοι αἰδ'*. Sic etiam Plut. l. l., Vat. 2. *ἐφημέρι' αἰδ'*. — *ἠδ' ἐπὶ*] M5. Vat. *αἰδ' ἐπὶ*.

sam, quod homines decipiat atque vana pascat fiducia. Quod quum eo probetur, quod *ἐλπίς* etiam timorem rerum futurarum significat (atque hoc in mente Aristarcho erat teste Proculo), tum inprimis declarat egregia Periclis, magni illius Anaxagorae auditoris, oratio apud Thucydidem II, 62: *ἐλπίδι ἧσσον πιστεύει (ἡ ξύνεσις), ἧς ἐν τῷ ἀπόρῳ ἡ ἰσχύς, γνώμῃ δὲ ἀπὸ τῶν παρόντων, ἧς βεβαιοτέρα ἡ πρόνοια*, coll. V, 103. Soph. Ai. 473: *οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτόν, ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται.* Antig. 615: *ἁ πολύπλαγκτος ἐλπὶς πολλοῖς μὲν ὄνασις ἀνδρῶν, πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων.* Qui spem in bonis habebant, totam fabulam ita inverterunt, ut Iovem dicerent bona omnia in unum vas collecta hominibus tradidisse. Hoc fecit Babrius ita, ut non immemor videatur loci Homerici (Il. XXIV, 527.) fuisse. Mentionem Babrii fecit G. W. Müllerus Script. II. de variis rebus gramm. p. 52. Porro quaerit Mitscherlichius, si mala ita demum vim suam exserunt, si carcere suo exsoluta sint, qui tandem Spes, in illo retenta, hominibus afflictis succurrere possit. Nempe quae in mea potestate sunt, iis uti mihi licet, quandocunque opus est, atque hoc etiam de Spe valet, quae inter cetera mala est minus nocua. Aliter de hac fabula sensisse videtur Theognis v. 1135 seq. Bekk., aliter Aeschylus, qui versu 258. Prometheum *τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας κατῴκισα* dicentem inducit, in quo loco *κατῴκισα* explicat nostrum *ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι*. De tota fabula v. Welcker. Aesch. Tril. p. 72 seq. [Non praetereunda videtur fabula de Pandorae pyxide apud Macedon. Epigr. XL., quod illustratum dedit Heinrich. in progr., unde excerpta dedi in anim. ad Anthol. Gr. III, 3. p. 102 seq. Cf. not. crit. in Anth. Pal. p. 649. F. I.]

αὐτόματοι φοιτῶσι κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι
σιγῇ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς.
οὕτως οὔτι πη ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι.

---

V. 104. ἠθετημένος sec. Proculum.
V. 105. πη] Sic M5. Vat. Vat. 2. V2. Par. Al. cum A. που.
V. 106. In litura est in uno codice ap. Lanz. — θέλεις G. MS.

V. 104. σιγῇ] ἀθόρυβοι γὰρ παρέρχονται. SCHOL.

V. 106—201. Quod nunc sequitur carmen est absolutum, huc fortasse a rhapsodis propterea adiectum, quod antiquiorem hominum conditionem depingere videbatur, multo illam feliciorem, quam ea fuit, quae post secuta est, quum Iuppiter Promethei audaciam ulcisceretur. Olim mihi videbatur hoc carmen ex Eoeis, cuius principium fuerit, huc traiectum, ut colligebam ex Eunapio p. 41. Boiss.: τούτου δὲ τοῦ γένους (οὐ γὰρ τὰς Ἡσιόδου Ἠοίας ἔσπευδον γράφειν) ἀπόῤῥοιαί τινες ὥςπερ ἀστέρων περιελείφθησαν. Sed aliter iam sentio.

V. 107. σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν] Sic Lithic. 638.

V. 108. ὡς ὁμόθεν γεγάασι] Hic versus vulgo cum sequentibus coniungitur, quum cohaereat cum antecedentibus; nam ὁμόθεν γεγάασι pertinet ad cognationem, ut hymn. Hom. Ven. 135. Hoc prior me vidit G. W. Müller. Script. II. de reb. grammat. p. 63. Soph. El. 153: οἷς ὁμόθεν εἶ καὶ γονᾷ ξύναιμος. Eurip. Iph. A. 503: τὸν ὁμόθεν πεφυκότα. Ceterum cf. Pindar. Nem. VI, 1: ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι. Cleanthes: ἐκ τοῦ γὰρ γένος ἐσμέν. Senec. Ep. 44. „Omnes, si ad primam originem revocentur, a diis sunt." Ex illo Pindari loco intelligitur, quae fuerit Hesiodi sententia, quum a metallis aetatibus hominum nomina dederit. Nam et dii et homines communem matrem habent Tellurem, ad quam metalla pertinent (v. Theogon. 126.), unde conficitur neque ποίησαν v. 110., ut olim opinabar, repugnare his versibus, neque totum versum cum Hermanno traiiciendum esse post v. 160. Lehrsius Quaest. epp. p. 230., qui non immemor fuit loci Pindarici, aliunde huc migrasse hunc versum putat primoque fortasse sic scriptum fuisse: ἐξ ὁμόθεν γεγάασι, quod non est verisimile.

V. 109 seq. De quinque aetatibus Hesiodi disputavit Buttmannus Act. acad. lit. Berol. 1814. 15. p. 141 seq. (Cf. Buttm. Mythologum.) In universum autem vides tres orbes maiores vel aetatum circuitus in se remeantium commemorasse Hesiodum, quorum primus ab aurea aetate deflectat ad aeneam, alter ab aetate heroum ad eam ipsam, qua vixit Hesiodus; sed tertium orbem (huiusque initium et aureae aetatis et heroum aevi simillimum) post suam ipsius aetatem secuturum non tecte indicavit Hesiodus v. 175: ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι, eodemque modo Virgilium sensisse verba huius (Ecl. IV. init.) demonstrant, ubi Cumaeum carmen est Hesiodi carmen. Ita primum explicatur, qui fieri potuerit, ut post aeneam aetatem, omnium priorum deterrimam, heroum pia gens nasceretur; nam magnus ab integro seclorum nascitur ordo, novus autem hic ordo quodammodo respondet aureae aetati, ita tamen, ut etiam

[Εἰ δ' ἐθέλεις, ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω
εὖ καὶ ἐπισταμένως, (σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν)
ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι.]
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων

incert.

V. 108. *οὐχ ὁμόθεν* adscripsit Heyn. In Vl. post *ἄνθρωποι* plene interpungitur.

hic aliquantum degeneraverit natura humana; deinde intelligitur, cur optarit Hesiodus, ut non hac aetate viveret, qua vivit, sed aut priore aut ea, quae suam secutura est, quae, quanquam ipsa facile inferior heroicae aetatis virtutibus, tamen aliquanto melior erit ea, quae post secutura est. Aetates igitur horum orbium se excipientes sunt hae: aureum saeculum, innocentiae humanae tempus, quo dii cum hominibus vixerunt coniunctissime, homines post mortem facti sunt *δαίμονες ἐπιχθόνιοι, φύλακες ἀνθρώπων*; argenteum saeculum, desidiae humanae tempus, quo homines eo a diis defecerunt, quod, licet facinora nulla committerent, tamen inertia ignaviaque peccarunt; facti sunt post obitum *δαίμονες* quidem *ὑποχθόνιοι*, sed non additur curam eos aliquam habuisse hominum; aeneum saeculum, quo impietati hominum accedebant facinora; atque hi quidem postquam *νώνυμνοι εἰς ἀΐδην* migrarunt, primus orbis finitur. Sequitur secundus, cuius initium est aetas heroica, insignis quidem iustitia, sed bellicosa tamen (*ἄρειον* ab *ἄρειος* videtur derivandum esse secundum Proculum). Atque horum quidem pars post mortem (v. 166.) item migravit *εἰς ἀΐδην*, sed *εὔνυμνος*, sine dubio quod a poetis celebraretur; pars vero in insulas beatorum viva (v. 167.) transfertur. Finis huius orbis est Hesiodi aetas, quam ipsa Iustitia et Pudor ita relicturae sunt, ut ex malis homines obruituris nullum videatur refugium esse. In his quinque aetatibus hoc prorsus videtur singulare esse, quod quarta quae numeratur aetas nomen non tulit a metallis. Hoc si de industria factum ab Hesiodo, consectarium est nec quintum dici a metallo potuisse, sed *σιδήρεον γένος* eo modo intelligendum esse, quem indicavi ad v. 176., contra, si quintae aetati vere voluit nomen a metallo indere, debuit etiam quartae mea quidem sententia. Quid igitur, si v. 157. scriptum erat *ἠλέκτροιο τέταρτον κτλ.*? *ἤλεκτρον* enim et specie auri fuit simillimum, ut heroica aetas aureae aetatis hominibus, et, quum in compositis haberetur metallis, aptissimum erat heroibus *ἡμιθέοις*, a diis oriundis et hominibus. Sed longe praestat altera illa sententia, me quidem iudice, quum duo ultima saecula vere videantur terra genita esse. Tertius denique orbis post Hesiodi aetatem secuturus est. Tota vero fabula facile explicatur ex antiqua persuasione de depravatione hominum. Prellerus vero (Demeter und Persephone p. 223.) statuit gentes vere Graecas hic in animo habuisse Hesiodum, similemque sententiam diserte nuper explicuit C. Fr. Hermannus (Verhandl. der dritten Versammlung deutscher Philologen u. Schulm. p. 62.). Mihi tamen recte videtur vidisse Voelckerus (Mythologie des iapet. Geschlechts p. 250 seq.)

ἀθάνατοι ποίησαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.
[οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν·]
ὥςτε θεοὶ δ' ἔζωον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος· οὐδέ τι δειλὸν
γῆρας ἐπῆν, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι
τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων·
θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα

V. 111. Vat. 2. *ἐβασίλευεν*. Non ab Hesiodo profectus esse videtur hic versus. Nusquam enim Saturnus in diis olympicis habetur. Ceterum primus fuisse videtur Dicaearchus, qui de aurea sub Saturno aetate diceret, cuius ne apud Aratum quidem mentio iniicitur. Cf. Bergkii Commentat. de reliquiis Com. Att. p. 188., cui tamen non adstipulor in iis, quae de antiqua Saturni religione disseruit. Ceterum v. 111—120. laudavit Diod. V, 66., v. 111. in mente habuit Schol. Ven. Il. I, 222.

V. 112. *ὡς δὲ θεοὶ ζώεσκον* Br., Gaisf. ex Diod. Herm. Orph. p. 820.

V. 113. *ἄτερ πόνων* M5. Vat., *ἄτερ γε π.* Med., *ἄτερθε* Br. (et sic Vat. 2., sed *θε* eraso), *ἄτερ πόνου* Herodian. *περὶ σχημ.* p. 61.

discrimen, quod est inter nobilissimos heroicae aetatis homines, vere illius historicae, et homines insequentis aetatis longe inferiores, causam fuisse primariam, cur simile antecedentis temporis discrimen poetae excogitarent sibique fingerent; quemadmodum etiam patriarcharum et regum aetates, quae vere se exceperunt apud homines, ad deos retulerunt Graeci, Saturnique et Iovis regno expresserunt. Si quis autem quaerat, cur a metallis aetatibus tribus nomina indiderit Hesiodus, tam ex iis id apparet, quae dixi ad v. 108., quam ex eo, quod tria metalla, quae hic nominantur, moribus singularum aetatum videntur esse simillima. Nam aurum, quod primo ponitur loco, omnium metallorum minime arroditur robigine (Theogn. 452. Schneidew.), quae ipsa videtur simulacrum esse tam pravitatis vitiorumque hominum, quam debilitatis eorum, quae morbis et senectuti obnoxia est.

V. 119. „Cum multis bonis rebus transigunt tranquilli." LEHRS. Quaest. epp. p. 233.

V. 120. *ἀφνειοὶ μήλοισι*] i. e. locupletes. Pecora aevo antiquissimo sunt pro divitiis, v. 163. et animadvers. ad Scut. 39. Post hunc versum Spohnius addiderat alios duos: *ξυναὶ γὰρ τότε δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ θόωκοι Ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ' ἀνθρώποις*, ex Origene contra Cels. IV. p. 216. ed. Spencer. et Schol. Arat. Phaen. 97., qui priorem habet. Secutus est Lehrs. Qu. epp. p. 233., non sine veri quadam specie; ego vero sequi non ausus sum propter Homericorum locorum dissensionem, Od. I, 22. 25. VII, 201 seq., qui satis demonstrant etiam heroica aetate socios fuisse hominibus deos. V. Vossii Antis. II. p. 453 seq. Potuit igitur eandem heroum aetatem auctor intellexisse, quum istos versus faceret.

V. 122. Cf. v. 252 seq. Haec de geniis doctrina non est Graeca, sed ex oriente, ut videtur, petita, ignota saltem Homero, qui ita Odyss. XVII, 485: *καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστρωφῶ-*

τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
αὐτομάτη, πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ
ἥσυχοι ἔργ' ἐνέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν,
[ἀφνειοὶ μήλοισι, φίλοι μακάρεσσι θεοῖσι.]
αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς

V. 115. κακῶν ἔντοσθεν ἐόντες MS. Diod.
V. 116. ὡς] Par. Vat. 2. ὥςθ'.
V. 118. πολύν τε Vl.
V. 119. ἔργ' ἐνέμοντο] Sic Vl. M5. Vat. Par. Vulgo ἔργα νέμοντο. — ἥσυχα ἔργα scripsit Bentl.
V. 120. Hic versus conservatus est a Diod. Sic. V, 66. Abest a codd. omnibus. Graevius aliique reiecerunt post 115.
V. 121. ἐπεί κεν MSS., Tzetza ἐπεί κε, ἐπειδὴ Plat. Cratyl. p. 397., ἐπεὶ καὶ Brunck. Serioris originis h. versus sec. Spohn.
V. 122. Plato de rep. V. p. 469.: οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν, ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλ. μερόπων. Cratyl. p. 397: μοῖρ' ἐκάλυψεν, οἱ μὲν δαίμονες ἁ. ὑποχθόνιοι καλέονται, ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι. Plut. de def. or. 39. ἁγνοὶ ἐπιχθ. κτέ.

σι πόληας ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες. Quae negotia apud Homerum tribuuntur diis, eis apud Hesiodum δαίμονες ἐπιχθόνιοι funguntur, ab ipsis diis magnopere diversi. Menander (Meinekii fragm. poet. com. IV. p. 238.): ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου ἀγαθός κτέ. Daemones Hesiodios, immortales post vitam terrestrem transactam, dignitate sequuntur μάκαρες θνητοὶ ὑποχθόνιοι, qui non fruuntur immortalitate, sed genii sunt ad tempus, ut nymphae; tertium genus (χάλκειον) post mortem in Hadem sine honore descendit, ut ita gradus conspiciantur: ἐν ἅδῃ, ὑπὸ χθονί, ἐπὶ χθονί. Ne putes vero τοὺς ὑποχθονίους esse malos genios, ut volebat Buttmannus cum Lanzio l. l. p. 161. Nam recte de hoc loco Plutarchus in libro de def. orac. 10: Ἡσίοδος δὲ καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρῶτος ἐξέθηκε τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη, θεούς, εἶτα δαίμονας πολλοὺς κἀγαθούς (aeneum genus non durat ideoque non numeratur in geniis), εἶτα ἥρωας, εἶτα ἀνθρώπους, τῶν ἡμιθέων εἰς ἥρωας ἀποκριθέντων, ubi genera aureum, argenteum et aeneum uno corpore δαιμόνων πολλῶν κἀγαθῶν comprehendit. Aliter de Is. et Os. 26. Μάκαρες θνητοί similes sunt Manibus, de quibus v. Müller. Etr. II. p. 95. Daemones mali (ἀλάστορες) primum a Zaleuco (si modo verus est Zaleucus) memorantur apud Stobaeum Sentent. p. 279. Postea Thaletis doctrina simile quid videtur aperuisse, ut ab Athenagora ea traditur (leg. pro Christ. p. 8. H. St.): πρῶτος Θαλῆς διαιρεῖ (ὡς οἱ τὰ ἐκείνου διαιροῦντες ἀκριβοῦντες μνημονεύουσιν) εἰς θεόν, εἰς δαίμονας, εἰς ἥρωας· ἀλλὰ θεὸν μὲν τὸν νοῦν τοῦ κόσμου εἰςάγει, δαίμονας δὲ οὐσίας ψυχικάς, καὶ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων, ἀγαθοὺς μὲν τὰς ἀγαθάς, κακοὺς δὲ τὰς φαύλας. Ab his longe diversus est Pindar. Fragm. 97: ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπουράνιοι γαίᾳ πωτῶνται ἐν

ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
πλουτοδόται· καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.
Δεύτερον αὖτε γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
ἀργύρεον ποίησαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον οὔτε νόημα.
ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
ἐτρέφετ' ἀτάλλων, μέγα νήπιος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ·
ἀλλ' ὅτ' ἂν ἡβήσειε καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον, ἄλγε' ἔχοντες
ἀφραδίῃς· ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο
ἀλλήλων ἀπέχειν, οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
ἤθελον, οὐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς,

V. 124—126. uncinis inclusit Bentl., item 130 seq.
V. 125. Schol. Ven. Il. I, 4. 5. citat.
V. 126. citatur a Plut. de Is. et Osir. 26.
V. 131. ἀτάλλων] Al. codd. ἀττάλλων. Vid. Iacobs. ad Philostr. p. 418. Varin. p. 414. Dind, Ceterum hunc et seq. versum spurios habuit Heynius ad Il. XIII, 27. Rationes non addidit.
V. 132. ὅτ' ἂν] P., Boiss. ὅτ' ἄρ'.
V. 134. ἀφραδίῃς] Sic Vat. Vat. 2. Sed M5. ἀφραδίῃσιν, al. ἀφραδίαις.
V. 137. ἣ θέμις ἀνθρώποις κατὰ ἤθεα Bentl.
V. 138. χολούμενος] P. χολωσάμενος.
V. 139. P. al. ἐδίδων, quod vereor ne magis congruat cum

ἄλγεσι φονίοις ὑπὸ ζεύγλαις ἀφύκτοις κακῶν, εὐσεβέων δ' ἐπουράνιοι νάοισαι μολπαῖς μάκαρα μέγαν ἀείδοντ' ἐν ὕμνοις, quae mysteriorum doctrinam sapiunt. Ceterum verba fere Hesiodea, non rem, quam Hesiodus docet, invenies apud Aeschyl. Pers. 620 (Well.): ἀλλὰ χθόνιοι δαίμονες ἁγνοί, Γῆ τε καὶ Ἑρμῆ. Macrob. Somn. Sc. I, 9. antiquam versuum Hesiodiorum translationem Latinam servasse hanc: Indigetes divi fato summi Iovis hi sunt Quondam homines, modo cum superis humana tuentes, Largi ac munifici, ius regum nunc quoque nacti, animadvertit Klausenius Aeneas p. 1015.

V. 123. φύλακες] Etiam hoc vocabulum doctrinam orientalem sapit; v. Münter. de relig. Babylon. p. 13.

V. 126. πλουτοδόται] Ut Penates et Lares familiares Tuscorum, de quibus v. Müller. de Etrusc. II. p. 87. — γέρας βασιλήϊον] Nempe tum ut servent ius et poenas exigant a peccantibus, tum ut regum instar liberalium bonarum rerum affluentiam hominibus procurent. Buttmannus l. l. p. 160. ita intellexit, quasi reges hi genii sint inter genios. Non sequor. Plutarch. de def. orac. 12. explicari hoc vocabulo πλουτοδόται adiectivum arbitratur.

ἢ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα. τοὺς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος, οὕνεκα τιμὰς
οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται,
δεύτεροι, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.
Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀν-
θρώπων
χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργυρέῳ οὐδὲν ὁμοῖον,
ἐκ μελιᾶν δεινόν τε καὶ ὄμβριμον· οἷσιν Ἄρηος
ἔργ' ἔμελε στονόεντα καὶ ὕβριες· οὐδέ τι σῖτον
ἤσθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν,
ἄπλητοι· μεγάλη δὲ βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι

dialecto Hesiodi.

V. 141. *ὑποχθόνιοι*] Sic Proculus, M5. G. al. cum Bentl.; *ἐπιχθόνιοι* Tzetzes, Vat. al. — MS. incert. *θεοὶ καλέονται θνητοί.*

V. 142. inclusit Bentl.

V. 144. *ἀργυρέῳ*] Vulgo *ἀργυρῷ*. Corr. Spohn. *ἀργύρῳ* Moschop.

V. 145. *ὄμβριμον*] Sic M5. Vat. al., *ὄβριμον* minus bonae notae codd. V. Theog. 140. Praeterea vulgo post *μελιᾶν* virgula inciditur, quam delendam esse vidit Robinsonus.

V. 148. *ἄπλητοι*] M5. G. Vat. al. *ἄπλαστοι*, al. *ἄπλατοι*. Cf. animadvers. ad Theog. 151. Postea pro δὲ P. τε.

V. 131. *ἀτάλλων*] Hic sensu neutro, ut Il. XIII, 27. Soph. Ai. 553.; active legitur apud nostrum Theog. 480. (*ἀτιτ.*) et saepius apud Homerum. V. Werfer. Act. Mon. II. p. 134 seq.

V. 132. *ὅτ' ἂν ἡβήσειε*] quotiescunque quisque pubertatem assecutus est. Optativus est de re repetita.

V. 138. *ἔκρυψε*] V. Hom. Il. XVIII, 397: *ἥ μ' ἐθέλησεν κρύψαι χωλὸν ἐόντα.* Ἔκρυψε propterea dixit poeta, quod *ὑποχθόνιοι* sunt genii.

V. 142. *δεύτεροι*] dignitate inferiores.

V. 145. *ἐκ μελιᾶν*] Qui post *μελιᾶν* male interpungunt, eodem modo explicare debent, ut ap. Aristoph. Acharn. 180: *Ἀχαρνικοὶ στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι, Ἀτεράμονες, Μαραθωνομάχαι, σφενδάμνινοι*, et Virgil. Aen. VIII, 315: gensque virum truncis et duro robore nata. Sed hoc non opus esse nostra monstrat interpunctio: timendum genus propter arma; ut ap. Soph. Trach. 668. active ἐξ ὅτου φοβεῖ, sic *ἐκ μελιᾶν δεινόν* passive. Ceterum nota Aeolicum genitivum *μελιᾶν*. V. Theog. 41.

V. 146. *σῖτον*] Non contenti erant frugibus, sed carne etiam vescebantur.

ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.
τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι,
χαλκῷ δ' εἰργάζοντο· μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.
καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν ὕπο σφετέρῃσι δαμέντες
βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἀΐδαο,
νώνυμνοι· θάνατος δὲ καὶ ἐκπάγλους περ ἐόντας
εἷλε μέλας, λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
αὖτις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ζεὺς Κρονίδης ποίησε, δικαιότερον καὶ ἄρειον,
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
ἡμίθεοι προτέρῃ γενεῇ κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνὴ
τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ, Καδμηΐδι γαίῃ,
ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο,

V. 149. Schol. Ven. Il. V, 502. — στιβαροῖσι μέλεσσιν] Al. στιβαροῖς μελέεσσιν.
V. 150. τοῖς] Al. τῶν. — A V1. τε abest. — Hunc et sequentem versum uncinis inclusit Bentl.
V. 151. Schol. Ven. Il. XV, 713. — εἰργάζοντο] Al. ἐργάζοντο. Pro μέλας δ' οὐκ ἔσκε Philostr. vit. Apoll. p. 230. Ol. μέλας δ' ἀπέκειτο. V. Lehrs. Quaest. ep. p. 234.
V. 153. MS. incert. σκιεροῦ pro κρυεροῦ.
V. 154. νώνυμνοι] Sic Br. et Bentl. Vulgo νώνυμοι.
V. 157. αὖτις] Sic V1., al. αὖθις. — ἐπ' ἄλλο A.
V. 160. γενεῇ] Al. γενεᾷ.

V. 152. χείρεσσιν ὕπο σφετέρῃσι δαμέντες] Recte monuit Proculus in antiquissima fabula hanc gentem fluctibus Deucalionis interiisse. Apollod. I, 7, 2: ἐπεὶ δὲ ἀφανίσαι Ζεὺς τὸ χαλκοῦν γένος ἠθέλησεν, ὑποθεμένου Προμηθέως, Δευκαλίων τεκτηνάμενος λάρνακα καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνθέμενος εἰς ταύτην μετὰ Πύῤῥας εἰςέβη. Pyrrha autem est filia Epimethei cum Pandora. Eorum virorum sunt ingentia ossa (χεῖρες ἄαπτοι); quae post inventa esse Graecorum historici testantur.

V. 153. εὐρώεντα] vastum secundum Herm. ad Soph. Ai. 1146.; sed horridum potius secundum Lobeck. p. 453.

V. 160. προτέρῃ γενεῇ] Aetate, quae quintam antecedit, qua nos vivimus. Ceterum cf. Hom. Il. XII, 23., quem locum laudavit Hermannus.

V. 163. μήλων ἕνεκ'] V. 120. Noli mirari ποιμένας λαῶν inprimis gaudere gregibus, qui sunt pro opibus omnigenis.

V. 165. Quum ἀγαγών non habere videretur, unde penderet, Herm. hic versum deesse statuit hunc: Ἑλλάδι κῦδος ἔθηκεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων, alium Lehrsius Quaest. epp. p. 235. Mihi simplicius esse videtur πόλεμον intelligere cum Moschopulo. Neque Ἑλλάδα sic dixisse Hesiodum probabile est.

τοὺς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης
ἐς Τροίην ἀγαγὼν Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο.
ἔνθ' ἤτοι τοὺς μὲν θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψε·
τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσσας
Ζεὺς Κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης,
τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων· τοῖσιν Κρόνος ἐμβασιλεύει.
καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
ἐν μακάρων νήσοισι παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
ὄλβιοι ἥρωες, τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι.
νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον· οὐδέ ποτ' ἦμαρ
παύσονται καμάτου καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι νύκτωρ
φθειρόμενοι· χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας·

V. 161. deest in uno Med. ap. Lanz.

V. 162. Hunc versum spurium habet Heynius ad Il. XII, 23.

V. 166. τοὺς abest ab A.

V. 169. Hunc et v. seq. a quibusdam eiectos esse ut ineptos Proclus dicit; exstat in Voss. 2. Vat. 12. et in alio quodam Brit. ap. Lanz., a ceteris, etiam ab editionibus, abest. Agnoscitur a Zenobio Prov. Cent. III, 86. — ἐμβασιλεύει est Buttmanni correctio, codd. ἐμβασίλευε (cf. 111.).

V. 173. τρὶς ἔτεος] Al., ut V2. G., τρὶς τοῦ ἔτους.

V. 174. ὤφελλον Gramm. ap. Cramer. Anecd. Oxon. III. p. 221.

V. 169. *τοῖσιν Κρόνος*] Sic monumentum Regillae v. 9: *ἐν μακάρων νήσοισιν, ἵνα Κρόνος ἐμβασιλεύει*; v. Boeckh. Expl. Pind. p. 131. Voss. Antis. I. p. 210. Alia fabula et quidem barbara legitur apud Plut. de facie in orb. lun. 26. Ceterum haec controversantur cum Theog. 851., ubi Cronus in Tartarum conilcitur. *Μακάρων νῆσοι* ut apud Homerum et Hesiodum sunt in Oceano, ita postea mirum in modum Sardiniam in insulis beatorum habuisse videntur Graeci; v. Aristot. Phys. IV, 11: *καθάπερ οὐδὲ τοῖς ἐν τῇ Σαρδοῖ μυθολογουμένοις καθεύδειν παρὰ τοῖς ἥρωσι, ὅταν ἐγερθῶσι.* Cf. Plutarch. l. l. Nisi haec spectant ad fabulam multo recentiorem.

V. 171. Secundum Callistrati scolium (Br. Analect. I. p. 155.) praeter Achillem Diomedemque etiam Harmodium in insulis beatorum esse fingebant posteri. De Menelao aliunde constat. (Cf. Br. Anal. I. p. 179.)

V. 175. *ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι*] Haec proverbialem locutionem sapiunt, ut illa apud Hom. Il. III, 40: *αἴθ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι.* Ceterum v. quae de h. l. diximus ad v. 109 seq.

V. 176. *σιδήρεον*] Hom. Il. XXIV, 205: *σιδήρειόν νύ τοι*

[ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσιν.
Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,
εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν.]
οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίιος οὐδέ τι παῖδες,
οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ,
οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται, ὡς τὸ πάρος περ.
αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας·

V. 186. *βάζοντες ἔπεσσι*] G. cum al. *βάζοντ' ἐπέεσσι*. MS. inc. *βάζοντας*.
V. 187. *οὐδὲ θεῶν*] Sic V2. al.; M5. Vat. 2. al. *οὔτε θ.* Porro Vat. 2. Tr. *οὐδὲ μέν*.

*ἦτορ*. Hesiod. Th. 764: *τοῦ δὲ σιδηρέη μὲν κραδίη, χάλκεον δέ οἱ ἦτορ*. Blomf. ad Aesch. Prom. 250. Aristoph. Ach. 491: *ἀναίσχυντος ὢν σιδηροῦς τ' ἀνήρ*. Eurip. Med. 1279. Durum genus dicitur Virgilio Georg. I, 63. V. Boisson. ad Eunap. p. 380. et animadvers. nostras ad v. 109.

V. 179. *μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσιν*] Haec si ita intelligamus, ut intellexit primus Proculus: attamen et huic generi bona cum malis mixta sunt, non omnino perdita est haec aetas, nescias, quid sit futurum illud *μεμίξεται*; si vero ita intelligas: magna fiet confusio, summa imis miscebuntur, mala bonis, verbis *ἀλλ' ἔμπης καί* vim inferes. Et Hermannus quidem, qui Proculi interpretationem tutatur, non omnia bona huic quidem aetati Iovem ademisse putat secundum Hesiodum, sed quaedam etiam reliquisse, quum sexta postea aetas, quae inde a v. 182. describatur, prorsus perdita exspectaretur. Atque hanc sextam quidem aetatem etiam Proculus statuit, Hermannus vero ulterius progressus post v. 181. quosdam versus deesse primo putabat, quibus sexta ista aetas introduceretur, nunc vero v. 182—196. ab alio poeta profectos esse suspicatur. Mihi neutrum videtur. Primum enim ex v. 175. *ἢ ἔπειτα γενέσθαι* satis intelligitur non peiorem aetatem exspectare Hesiodum post hanc, qua ipse vivit, sed meliorem, de qua re dixi ad v. 109., deinde quaenam fuerint ista bona, quae reliquisse Iovem dicit Hesiodus secundum alteram Hermanni sententiam, prorsus obscurum est. Ergo aut ita explices versum 179. necesse est, ut supra indicavi, aut concedas postea additum esse cum v. 180. 181. ab eo, qui quasi corrigere Hesiodum vellet. Sic etiam Lehrsius Quaest. epp. p. 236. sensit. Obelis igitur notavi.

V. 181. *πολιοκρόταφοι*] Hoc nihil aliud significare dicebat Herm. quam: „wenn sie, nachdem sie geboren worden, ins Greisenalter werden gekommen seyn," postea vero ab hac sententia ipse se revocavit *εὖτ' ἂν γιγνόμενοι* scribi iubens, ita ut *τελέθωσιν* sit dictum pro *τελῶνται*. Neque hoc, neque id placet, quod Lehrsius Quaest. epp. p. 236. excogitavit: „mihi," inquit, „videtur significare: delebit nunquam." Nam hoc aevum aliquando deletum iri ipse significavit poeta v. 175. *ἢ ἔπειτα γενέσθαι*. Quum verba Diodori Sic. V, 32. considero, quae de Gallis usurpat: *τὰ δὲ παιδία παρ' αὐτοῖς ἐκ γενετῆς ὑπάρχει πολιὰ κατὰ τὸ πλεῖστον* (cf. Eustath. ad Il. p. 167, 23.), paene adducor, ut famam antiqui oraculi agnoscam,

μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσι,
σχέτλιοι, οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες· οὐδέ κεν οἵγε
γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν,
χειροδίκαι· ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει.
οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται οὔτε δικαίου
οὔτ' ἀγαθοῦ, μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν

V. 188. Schol. Ven. Il. XVII, 197.
V. 190—196. habet Stobaeus Serm. II. p. 30.
V. 190. οὔτε] οὐδὲ Spohn. ex Stobaeo, hic et v. seq.
V. 191. In Vl. post ὕβριν commate interpungitur.

quo ingentem mutationem rerum factum iri dicebatur, quum gens canis capillis irrueret, qualis fuit natio Gallorum, quae et Romanos et Graecos ingenti terrore perculit et paene delevit. Atque tale oraculum pro re sua immutatum commemoravit Callimachus Del. 171. ex ore Apollinis ipsius: *Καί νύ ποτε ξυνός τις ἐλεύσεται ἄμμιν ἄεθλος Ὕστατον, ὁππότ' ἂν οἱ μὲν ἐφ' Ἑλλήνεσσι μάχαιραν Βαρβαρικὴν καὶ Κελτὸν ἀναστήσαντες Ἄρηα Ὀψίγονοι Τιτῆνες ἀφ' ἑσπέρου ἐσχατόωντος Ῥώσονται, νιφάδεσσιν ἐοικότες.* Hoc autem si verum est, non adeo antiqua videbitur haec carminis pars, vel saltem v. 180. 181., quibus commode hic carebimus.

V. 184. φίλος ἔσσεται] Sc. κασιγνήτῳ.

V. 189. χειροδίκαι] Notatur χειρὸς νόμος, ut ap. Aristot. Pol. III, 9., ἐν χειρὸς νόμῳ Heraclid. Pont. de Pariis, Dionys. Hal. VI, 26. VII, 35. Wesseling. ad Herod. VIII, 89.

aratro πηκτῷ, ἱστοβοεὺς in aratro tam αὐτογύῳ, quam πηκτῷ), Latinis temo (Deichsel, Pflugbaum), quicum in fronte coniungitur iugum, ab inferiore vero ἔλυμα, dentale, cui dens (ὕννις) seu vomer inseritur. De stiva (ἐχέτλη) hic nihil Hesiodus; sed memoratur v. 469. Quam dedit αὐτογύου ἀρότρου formam Richtsteigius de nostrae aetatis indole et conditione rerum rusticarum p. 78., eam nimis artificiosam puto. Ceterum de tota aratri compositione vid. eundem Richtsteigium et F. I. Schulzium Antiquit. rust. I. Ienae 1820. Verte: Trag' es als Krümmel nach Hause, wenn du ein solches Holz gefunden hast.

V. 442. τετράτρυφον, ὀκτάβλωμον] Vid. Athenaeum, quem Lanzius laudavit, III. p. 114. E. haec ex Philemone referentem: βλωμιαίους ἄρτους ὀνομάζεσθαι λέγει τοὺς ἔχοντας ἐντομάς, οὓς Ῥωμαῖοι κοδράτους λέγουσι. ὀκτάβλωμον Spohnius intelligit de servo celeriter edente. Minime vero. Panes rustici incisuras suas habent, ut servis omnibus aequas partes frangendo possis dirimere. V. Philostrat. Imagg. p. 95, 16. Iacobs.

V. 448. γεράνου φωνὴν] Est signum appropinquantis hiem-

ἥτ' ἀρότοιό τε σῆμα φέρει, καὶ χείματος ὥρην
δεικνύει ὀμβρηροῦ· κραδίην δ' ἔδακ' ἀνδρὸς ἀβούτεω·
δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βοῦς ἔνδον ἐόντας·
ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν Βόε δὸς καὶ ἅμαξαν·
ῥηΐδιον δ' ἀπανήνασθαι Πάρα δ' ἔργα βόεσσιν.
Φησὶ δ' ἀνὴρ φρένας ἀφνειὸς πήξασθαι ἅμαξαν,
νήπιος, οὐδὲ τόγ' οἶδ'· ἑκατὸν δέ τε δούραθ' ἀμάξης,
τῶν πρόσθεν μελέτην ἐχέμεν οἰκήϊα θέσθαι.

V. 450. ἀροτοῖο A.
V. 451. ὀμβρηνοῦ A. Steph. Schol. Arat. l. l. ὀμβρινοῦ.
V. 452. βοῦς] Al. cum A. βόας, quod recepit Gaisf., Dind.
V. 453. ἅμαξαν] G. et Spohn. cum A. ἄμαξαν hic et infra.
V. 456. τόδ' Vat. 2. Herm. οὐδὲ τὸ οἶδ'. Postea δέ γε Vat. 2.
V. 457. μελέτην ἐχέμεν] Sic M5. Vat. V2. al. Pauci cum G. ex glossemate μ. δεῖ ἔχειν.

mis; cf. Homer. Il. III, 3 seq. Aristoph. Avv. 710: σπείρειν μέν, ὅταν γέρανος κρώζουσ' ἐς τὴν Λιβύην μεταχωρῇ, καὶ πηδάλιον τότε ναυκλήρῳ φράζει κρεμάσαντα καθεύδειν. Qui sequitur ἄροτος pertinet ad primam arationem novalis agri. Sententia vero totius loci haec est: Necessarium est ter arare, primum appropinquante hieme (450.), iterum vere (462.), tertium aestate incipiente (462.); atque hoc ultimo tempore simul seras necesse est, quum adhuc putridae glebae sunt. [„At," infert Lehrsius p. 197: „non unam ob causam dubitari debet, an triplicem illam arationem Hesiodus docuerit." Verum triplicem istam arationem antiquissimam e[illegible]obatur Hom. Il. XVIII, 5[illegible] [illegible] — τρίπολον. Od[illegible], 127: ὡς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι εὐπλόκαμος Δημήτηρ — μίγη — νειῷ ἔνι τριπόλῳ, et nomine eius herois, ad quem aratri inventio pertinet. Nam Τριπτόλεμος a τρὶς πολεῖν (v. ἔαρι πολεῖν v. 462.) necessario derivandus est.] Quodsi vero tertium araveris severisque brumae tempore (479. i. e. serius quam pro re nata), plerumque malam habebis messem. Nihilominus tamen fieri potest, ut, si sero severis (nam εἰ δέ κεν ὄψ' ἀρόσῃς eodem pertinet, quo εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπῇς ἀρόῃς χθόνα δῖαν) Iupiterque tibi faveat, cuius tamen voluntatem difficile erit divinare (481. 482.), bona messe fruaris, dummodo vere insequente pluat, quantum sufficiat. Haec tam bene mihi videntur cohaerere, ut non possim cum Lehrsio facere, qui (Quaest. Epp. p. 198.) confusionem in hoc loco inesse dicit traiiciendosque versus 485 — 490 ante 479. Non enim quadrare „si bruma severis — sin autem sero severis (479. 485); nam bruma serere tam sero esse, ut pro extremo serendi tempore ab veteribus habeatur." Recte hoc quidem, si 479. et 485. commemorarentur diversa negotia.

V. 455 — 457. Hi versus seorsim spectandi sunt. Lehrsius p. 196. hos simul cum antecedentibus duobus 453. 454. ut aliunde huc male traiectos obelo notavit. Mihi non ita videtur; nam ex verbis βοῦς ἔνδον ἐόντας pronum est colligere nihil Hesiodum voluisse aliud dicere quam: fac, ut possideas, vel necesse est, ut habeas et bene nutrias.

V. 455. φρένας ἀφνειός] sibi sapiens. SPOHN. Quod

εὖτ᾽ ἂν δὲ πρώτιστ᾽ ἄροτος θνητοῖσι φανείῃ,
δὴ τότ᾽ ἐφορμηθῆναι ὁμῶς δμῶές τε καὶ αὐτὸς
αὔην καὶ διερὴν ἀρόων ἀρότοιο καθ᾽ ὥρην,
πρωῒ μάλα σπεύδων, ἵνα τοι πλήθωσιν ἄρουραι.
Ἔαρι πολεῖν· θέρεος δὲ νεωμένη οὔ σ᾽ ἀπατήσει.
νειὸν δὲ σπείρειν ἔτι κουφίζουσαν ἄρουραν.
νειὸς ἀλεξιάρη παίδων εὐκηλήτειρα.
εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ, Δημήτερί θ᾽ ἁγνῇ,

V. 458. Pro δὲ Graev. e codd. duobus δή. — Pro φανείη vulg. Spohn. φανείῃ. Ego olim hic et v. 680. optativum de re saepius repetita intelligebam.

V. 459. *δὴ τότ᾽*] Pauci δεῖ τότ᾽.

V. 462. *ἔαρι*] Sic Pollux I, 223. Codd. omnes εἴαρι, Bentl. ἦρι.

sequitur *πήξασθαι*, aoristus loco futuri, exemplis defenditur annot. ad Theog. 628.

V. 456. Hic versus multus erat in ore antiquorum. V. Plat. Theaet. p. 207. Galen. in Hippocr. de N. hom. T. XV. p. 103. Kuehn.

V. 457. *οἰκήϊα θέσθαι*] Quae ante colligere et domum terre opus est.

V. 463. Herm. *ἐπικουφίζουσαν* active, ut *τὸ σπείρειν* intelligatur. Sed aliud vult dicere poeta: novalem agrum tum conseras, quum putridae adhuc sunt glebae. Similiter sensu neutro ap. Eurip. Helen. 1555. Matth., ubi nostrum locum non neglexit Heathius. Similiter *ἐπόντιος* ap. Aeschyl. Ag. 985. (Well.) non habet transitivam significationem. Sic etiam intellexit Virg. Georg. I, 44: Vere novo, gelidus canis quum montibus humor Liquitur et Zephyro putris se gleba resolvit etc.

V. 464. *νειὸς ἀλεξιάρη παίδων εὐκηλήτειρα*] Etym. M. p. 59: *Ἡσίοδος· νειὸς ἀλεξιάρη παίδων εὐκηλήτειρα· — ἀπαλέξουσα καὶ ἀπείργουσα τὴν ἀρήν, τουτέστι τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ βλάβην καὶ τοὺς παῖδας ἥδουσα καὶ θάλλουσα, εὔκηλος, ἡσυχάστρια. ἡ ἀνανεουμένη γῆ.* Ceterum de vocabulo *ἀλεξιάρη* v. Lobeck. Paral. p. 464. — Antiqui agricolae arbitrabantur agrum, qui non satis pro exspectatione sua fruges tulisset, imprecationibus excantatum esse. Quod apud Romanos fieri vetitum erat lege duodecim tabularum: qui fruges excantassit — neve alienam segetem pellexeris; v. Dirksen. de legg. XII. tabul. p. 539. Cf. Plin. H. N. XVIII, 6. Atque hic quidem ita intelligenda sunt verba: novali evitatur sterilitas, i. e. non opus est, ut incantamentis tribuas frugum tenuitatem. Quod adiectum est *παίδων εὐκηλήτειρα* non ita intelligendum esse videtur, ut in agro novali herbas nasci Hesiodus dicat, quae fascinationem infantum averruncent, sed ita, ut fere Germanico proverbio respondeant: Mergeln macht reiche Väter, arme Kinder. Cf. Buttm. Lexilog. I. p. 141. Nam quod nos dicimus mergeln, fere oppositum est novali agro. Aliter expedire rem sibi visi sunt Proculus et Etym. M. v. *ἀλεξιάρη*, cuius verba supra allegavimus, aliter

ἐκτελέα βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν,
ἀρχόμενος τὰ πρῶτ' ἀρότου, ὅτ' ἂν ἄκρον ἐχέτλης
χειρὶ λαβὼν ὅρπηκα βοῶν ἐπὶ νῶτον ἵκηαι
ἔνδρυον ἑλκόντων μεσάβῳ. ὁ δὲ τυτθὸς ὄπισθεν
δμῶος ἔχων μακέλην πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη,
σπέρμα κατακρύπτων· εὐθημοσύνη γὰρ ἀρίστη

V. 467. ἀρότρου Vat. 2. al.
V. 468. ὅρπηκα] Sic codd. omnes. Editores inde a Br. ὅρπηκι, facta post λαβὼν positura.
V. 469. μεσάβῳ] Sic A. V2. multique al. codd.; Vat. P. μεσάβων. Vat. 2. μεσσάβων. Quid M5. habeat, non indicavit Lanz. — Pro τυτθὸς Spohn. et Dind. receperunt Schaeferi coniecturam τυτθόν (ad Dionys. Hal. de comp. 62.).
V. 470. δμῶος] Sic V1. Steph. al. Vulgo δμωός. Cf. v. 430.
V. 471. σπέρμα κατακρύπτων] Sic M5. Vat. Vat. 2. V2. multique alii. Pauci, neque ii bonae notae, cum A. σπέρματα κακκρύπτων, quod ab editoribus receptum est.
V. 472. κακοθημοσύνη] Pauci κακοθυμοσύνη. Antea εὐθυμοσύνη A.
V. 473. ἀδροσύνη A.

Phil. Melanthon: „ἀλεξιάρη i. e. pellens exsecrationem; solent enim agricolae maledicere, quando fructus ex sententia non proveniunt." aliter etiam Lehrsius p. 197., qui hanc superstitiosam sententiam inesse putat: pueri si imponuntur novali, damnum iis defenditur et plorantes sedantur, ut contra bustis impositi (750.) summa noxa afficiuntur. Hinc inepte additum esse putat hunc v. et 462. Ceterum locum laudat Plutarch. Symp. III, 9: ἡ δὲ δυεῖν πρὸς τρία μουσικωτάτη, πᾶσα ὑπνοφόρος καὶ λαθικηδὴς καὶ κατὰ τὴν Ἡσιόδειον ἐκείνην ἀλεξιάρην παίδων εὐκηλήτειραν.

V. 466. ἀκτήν] V. animadvers. ad Scut. 290.

V. 468. ὅρπηκα] Haec coniungas cum ἄκρον: ὅτ' ἂν ἄκρον ὅρπηκα ἐχέτλης χειρὶ λαβὼν κτἑ.

V. 469. μεσάβῳ] Proclus binas formas esse huius vocabuli dicit, μεσάβους, a quo sit μεσάβῳ dativus, et μεσάβως Boeotice, cuius accusativus sit μεσάβων; de forma μέσαβος vel μέσαβα in plurali prorsus non cogitavit ab initio; post vero, quum apud Callimachum reperisset μέσσαβα βοῦς ὑποδὺς, ita mutavisse videtur sententiam, ut pro plurali μεσάβων sibi esset. Postremo vero, re diutius perpensa, iterum ad pristinam suam sententiam revocatus est. Et iure quidem; nam quod Callimachus grammaticus excogitavit μέσσαβα pro μεσσάβοα non pertinet ad Hesiodum, apud quem vera forma vocabuli est μεσάβοος vel potius μεσάβοον, cuius dativus μεσάβῳ contractus est ad normam dativi Πάνθῳ ap. Hom. Il. XVII, 40. Quod μεσάβοον Hesiodus dixit, non mirum videtur, quum etiam ποδανιπτήρ, non ποδονιπτήρ, sit epicum; v. Lobeck. ad Phryn. p. 689., annot. nostr. ad Aristot. Pol. p. 302. Μεσόβοιον, quod habet H. Stephanus, apud Pollucem tantum et Pro-

θνητοῖς ἀνθρώποις, κακοθημοσύνη δὲ κακίστη.
ὧδέ κεν ἁδροσύνῃ στάχυες νεύοιεν ἔραζε,
εἰ τέλος αὐτὸς ὄπισθεν Ὀλύμπιος ἐσθλὸν ὀπάζοι.
ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια· καί σε ἔολπα
γηθήσειν, βιότου αἱρεύμενον ἔνδον ἐόντος.
εὐοχθέων δ' ἵξεαι πολιὸν ἔαρ, οὐδὲ πρὸς ἄλλους

V. 474. Ruhnkenio suspectus sine probabili causa.

V. 476. αἱρεύμενον] Sic Etym. M. p. 38. (nisi quod αἰρεύμενον) Med. Voss. V1. Buttm. Gr. ub. II. p. 67. αἰρεύμενον (Ionic. ab αἴρω) defendit. ἐρεύμενον Varin. p. 200. (Dind.), alii. — βιότοιο ἐρεύμενον edd. ante Br. βιότοιό γ' ἐρεύμενον Bentl. Herm. ἠρευγμένον ex Tzetza Monac., quem sic habere dicit: ἐρεύμενον ἀντὶ τοῦ ἐρευγόμενον. ἀπὸ τῆς ἐρυγῆς τὴν ἀφθονίαν (cod. ἀφωνίαν) τοῦ πλούτου ἐδήλωσε κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τοῦ στομάχου, ὅς, ὅταν πολλῶν βρωμάτων πλησθῇ, τὰς ἐρυγὰς ἐργάζεται. Sed v. infra.

V. 477. εὐοχθέων] Vat. G. Steph. cum aliis paucis εὐοχέων. V. Varin. p. 215. — Post ἵξηαι V1. Vat. 2. Etym. M. p. 401. Tzetzes: εὐοχέων μὴ γράψῃς, μηδ' ἵξεαι· ἐσφαλμένον γὰρ οὕτως τὸ ἔπος εὑρίσκεται.

clum legitur, μεσσαβοῦν vero, quod habet Favorinus, legitur apud Lycophr. 817. ab ipso poeta excogitatum. Quid sit μεσάβοον, intelligitur tum etymologia, tum ἐνδρύου vocabuli significatione perspecta. Ἔνδρυον enim, quod hoc solo loco legitur, varie ab antiquis interpretibus explicatur. Pollux Onom. I, 252. coniecit idem esse quod ἔμβρυον seu paxillum, quo iugum cum temone connectatur; Proculus hunc primo secutus (τὸν δὲ ἱμάντα ζυγῷ συμβαλλόμενον μεσάβουν ὀνομαζόντων, ὃν περιάπτουσι κερκίδι εἰς τὰ μέσον ἐνθέντες τοῦ ζυγοῦ, ἣν ἔνδρυον καλοῦσιν), postea dubitat, utrum ἔνδρυον idem dicendum sit quod μεσάβοιον, an quod ἔλυμα. Tzetzes vero ita: ἔνδρυόν ἐστιν ὃ καὶ ἱστοβοεὺς καὶ ῥυμὸς καλεῖται. In hoc sententiarum discrimine licebit hoc ultimum sectari, quod et etymologia et ipsius loci sententia suadet. Ἔνδρυον est igitur quod δρυῒ inseritur. In aratro πηκτῷ bura est quernea; ergo ἔνδρυον est temo πηκτοῦ, quia inseritur burae (cf. annot. Proculi), μεσάβουν vero ipsum est iugum seu lignum transversum, quod boves duos coniungit, ad normam μεσόδμης vocabuli effictum; de loris cogitare non licet. Callimachus recte μέσσαβα βοῦς ὑποδύς, quod non potest intelligi nisi de iugo. — τυτθός] Nempe τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς (v. 441.) est arator; hunc sequitur puer, τυτθός, cum rastro.

V. 476. αἱρεύμενον] Hoc optime conspirat cum priore versu: ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια. Qui nihil possidet, ei plena sunt dolia aranearum; cui plena frumenti, unde sumere possit, non item. Cf. v. 366. ἐλέσθαι παρεόντος.

V. 477. πολιὸν ἔαρ] V. 492. Πολιόν hic idem atque λευκόν. Callim. Cer. 123. λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος. Theocr. Idyll. XVIII, 27: πότνια νὺξ ἅτε λευ-

αὐγάσεαι· σέο δ' ἄλλος ἀνὴρ κεχρημένος ἔσται
εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπῆς ἀρόῃς χθόνα δῖαν,
ἥμενος ἀμήσεις, ὀλίγον περὶ χειρὸς ἐέργων,
ἀντία δεσμεύων κεκονιμένος, οὐ μάλα χαίρων,
οἴσεις δ' ἐν φορμῷ· παῦροι δέ σε θηήσονται.
ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος Ζηνὸς νόος αἰγιόχοιο,
ἀργαλέος δ' ἄνδρεσσι καταθνητοῖσι νοῆσαι.
εἰ δέ κεν ὄψ' ἀρόσῃς, τόδε κέν τοι φάρμακον εἴη·

V. 479. τροπῆς] Sic codd. omnes et A. Editores τροπαῖς. — ἀρόῳς Vl. Gal., ἀρόως (supra η) Vit., ἀρόως etiam Vat. 2. Atque ἀρόῳς, ut optativi formam, praefert Herm. Mihi recte habere videtur ἀρόῃς. Nam quemadmodum non obtinuit Aristarchi sententia in Hom. Il. IX, 681. scribentis σαῷς vel σόῳς pro σόῃς, ita neque hic quorundam codicum scriptura prae vulgata praevalebit et quidem ea de causa, quod ἀρόῳς ut σόῳς aeque pro optativis atque pro coniunctivis haberi poterant; quare consentaneum est abstinuisse poetas a forma incertae significationis.

V. 482. Hunc versum laudat Lucian. de Hesiod. p. 244.

V. 484. καταθνητοῖσι] V. Spitzner. ad Hom. Il. VI, κὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος. Cf. Blomf. ad Aesch. Pers. 306.

V. 480. ἥμενος ἀμήσεις] Propter humilitatem, tenuitatem et raritatem aristarum sedens metas, i. e. necesse est, ut cernuum te inclines et quasi conquiniscas, nec opus est, ut festines.

V. 481. ἀντία δεσμεύων] Ob inaequalem aristarum longitudinem. SPOHN. Sed hoc significare posse ἀντία quis putet? Mihi positura mutanda esse videtur: ἥμενος ἀμήσεις ὀλίγον, περὶ χειρὸς ἐέργων ἀντία, δεσμεύων κεκονιμένος i. e. dann kannst du sitzend dein Bischen mähen, fassend was dir in die Hand fällt; ἀντία enim cum χειρός coniungendum erit, quum περί pertineat ad ἐέργων. Hermannus coni. πέρι χειρί vel χερσίν.

V. 486. κόκκυξ κοκκύζει] V. interprr. ad Hor. Sat. I, 7, 31.

V. 488. ὕοι — μηδ' ἀπολήγοι] Non: fieri possit, ut pluat, sed: optandum est, ut pluat. — τρίτῳ ἤματι] Tertio post die, non: per tres dies integros, ut Vossius voluit. Sic Herodot. II, 22: ἐπὶ δὲ χιόνι πεσούσῃ πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶν ὗσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι.

V. 489. βοὸς ὁπλὴν] Ut impleat vestigia a bubus solo impressa. Sic ὁπλή hymn. Merc. 77. et infra v. 748. χυτρόπους est vestigium ollae in cinere.

V. 493. χάλκειον θῶκον καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην] In fabrorum officinis mendicantes dormire solebant. Hom. Od. XVIII, 328: οὐδ' ἐθέλεις εὕδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν ἠέ που ἐς λέσχην. — ἐπ' ἀλέα] Qui compositum ἐπαλεής ab ἀλέα deducunt ita, ut alterum ε pro more epicorum demptum esse statuant (ut in δυςκλέα similibus), vereor ne iniuriam faciant Hesiodo. Nam primum in hoc vocabulo valde incertum est, ne dicam vitiosum, αλ longum, quod ne Hermannus quidem evicit ad Soph. Phil. 847., deinde, si vel maxime hoc conce-

ἦμος κόκκυξ κοκκύζει δρυὸς ἐν πετάλοισι
τοπρῶτον, τέρπει τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν·
τῆμος Ζεὺς ὕοι τρίτῳ ἤματι, μηδ' ἀπολήγοι,
μήτ' ἄρ' ὑπερβάλλων βοὸς ὁπλὴν μήτ' ἀπολείπων·
οὕτω κ' ὀψαρότης πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζοι.
ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο· μηδέ σε λήθοι
μήτ' ἔαρ γιγνόμενον πολιὸν μήθ' ὥριος ὄμβρος.
Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην

123. Vulgo κατὰ θνητοῖσι.

V. 485. ἀρόσῃς] Vat. cum aliis paucis ἀρόσεις.

V. 488. ὕει VI. Vat. 2.

V. 490. ἰσοφαρίζοι] Pauci neque ii boni ἰσοφαρίζει vel ἰσοφαρίζῃ.

V. 491. Vit. quum habeat λήθηοι, Hermannus μηδέ σε λήθῃ scribendum esse putat.

V. 493. Pro θῶκον Schol. Ambr. ad Odyss. XVIII, 327. οὐδόν. — ἐπ' ἀλέα] Sic fere omnes codd. praeter duos malae notae, qui habent ἐπαλέα, quod ab editoribus receptum est. Eustath. p. 1849, 3. ἐπ' ἀλέᾳ.

das, perineptum est λέσχης epithetum ἐπαλεής, si significat id quod volunt: foco calefactum. Nam λέσχαι, quales plurimae fuerunt Athenis, conciliabula erant aperta (ἀθύρωτα) neque praeter Neoptolemi glossographi ullum exstat testimonium igne potuisse calefieri. (Nam Suidae explicatio: λέσχη δὲ παρὰ Ἡσιόδῳ ἡ κάμινος, quomodo sustentari possit, nescio.) Conveniebant eo δημόται et γεννηταὶ aliique, ut inter se colloquia haberent aut, si frigida esset vel humida tempestas, eam evitarent in unum locum coacti. V. de leschis Boettiger. Archaeol. pict. p. 296. Boeckh. Corp. inscr. I. p. 133. Zell. Ferienschr. I. p. 11. Siebelis ad Pausan. X, 25. Etym. M. p. 561: λέσχαι παρὰ Βοιωτοῖς τὰ κοινὰ δειπνητήρια. Tonstrinae, stationes et tabernae medicorum simile quid significant apud Latinos. V. Horat. Sat. I, 7, 3. Hinc longe commodius ἀλής cognatum esse dicas cum ἀλής et ἀολλής et ἀλέα λέσχην refertam hominibus exedram significare. Etym. M. p. 59: ἀλέες ἐστὶν ἀολλέες· σημαίνει τὸ ὁμοῦ, καὶ κράσει τοῦ αο εἰς α μακρὸν καὶ ἀποβολῇ τοῦ ἑνὸς λ ἀλέες καὶ ἄλες, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν χωλιάμβοις [fragm. 86.]· εἰς τὸ πρὸ τείχους ἱερὸν ἀλέες δεῦτε. Sic etiam ἀλέας Ἀθήνας Menandri intelliges. Atque in hac originatione mecum consentire videtur Lobeckius Paral. p. 162. Ἐπί, quod adiectum ab Hesiodo est, hic eodem iure licebit praeterea interpretari atque apud Sophocl. O. T. 179: ἐν δ' ἄλοχοι πολιαί τ' ἔπι ματέρες. V. Fr. Ellendt. Lex. Soph. I. p. 645. Similiter Op. 194. Neque is inepte facere videtur, qui post interpretatur: neque postea, si hiems advenerit. Similiter Hom. Il. XIII, 799. 800: πρὸ μέν τ' ἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα. Ὣς Τρῶες πρὸ μὲν ἄλλοι ἀρηρότες, αὐτὰρ ἐπ' ἄλλοι. Hermannus, qui hanc significationem ἐπί praepositionis in hac quidem vocabulorum coniunctione nullo modo admittendam esse dicit, παρὰ δ' ἀλέα

ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας ἔργων
ἰσχάνει, ἔνθα κ' ἄοκνος ἀνὴρ μέγα οἶκον ὀφέλλῃ,
μή σε κακοῦ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ
σὺν πενίῃ, λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζῃς.
πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ, κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων,
χρηΐζων βιότοιο, κακὰ προςελέξατο θυμῷ.
ἐλπὶς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,
ἥμενον ἐν λέσχῃ, τῷ μὴ βίος ἄρκιος εἴη.
δείκνυε δὲ δμώεσσι, θέρευς ἔτι μέσσου ἐόντος,
Οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.
μῆνα δὲ Ληναιῶνα, κάκ' ἤματα, βουδόρα πάντα,
τοῦτον ἀλεύασθαι, καὶ πηγάδας, αἵτ' ἐπὶ γαῖαν
πνεύσαντος Βορέαο δυςηλεγέες τελέθουσιν,

V. 494. ἀνέρας] Hermannus praefert ἀνέρα, ut legitur in Etym. M. Leidensi. — ἔργων] Sic P. M5. et 6. in litura. Correctum postea ἔργον, hoc ut esset participium; Vat. al. ἐέργον, Vl. εἶργων, Vat. 2. ἔργων, sed corr. γρ. εἶργον. Ceteri εἶργον cum A.

V. 495. ἰσχάνει] Sic M5. Vat.; ἰσχάνῃ V2. al. — Pro μέγα Steph. m. μέγαν. — Pro ὀφέλλῃ M5. Vat. G. Vl. Vat. 2. ὀφέλλει. Stribliginem non habet V2. cum al. Br., Gaisf., Herm. ὀφέλλοι. Mihi ὀφέλλῃ recte habere videtur ea sententia, de qua videndus Hermannus de part. ἄν II, 3.

V. 496. σε] δέ G.

V. 497. πιέζῃς] Sic V2. al. Sed M5. Vat. Vat. 2. Vl. al. πιέζοις.

coniecit. Neque ineptum haberem, si a melioribus codicibus sustentaretur, ἐπαλέα, compositum ad modum ἐναολλής vocabuli apud Nicandr. Alex. 236.

V. 494 seq. Quando frigus viros a rusticorum laboribus (ἔργοις) arcet, quo tempore impiger melius utitur ad componendas res domesticas.

V. 497. παχὺν πόδα] Καὶ εἶς (ἔστι?) νόμος ἐν Ἐφέσῳ μὴ ἐξεῖναι πατρὶ παῖδας ἀποθέσθαι, ἕως ἂν διὰ λιμὸν παχυνθῇ τοὺς πόδας. PROCULUS. λεπτῇ χειρί additum est, quod, ut Aristoteles ait in problematis animadvertente Scaligero, famelicis superiora arescunt, inferiora tument. Sensus igitur: ne tibi fame tabescenti manus macrescant, pedes intumescant.

Ex hoc Hesiodi loco explicatur Aristoph. Eq. 917. φάρμακον δίδωμι Τὰν τοῖσιν ἀντικνημίοις ἑλκύδρια περιαλείφειν: nam haec ulcera sunt indicia famis atque miseriae; cf. Theophr. Charact. c. 19.

V. 502. δείκνυε] monstra servis [apes et formicas; has enim intelligere in proverbio rustico naturae videtur consentaneum esse] atque ita admone eos: οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται κτἑ. Ceterum v. 493—501. non cohaerent cum v. 502. 503. V. 502. et 503. abrupti sunt.

V. 504. Ληναιῶνα] Hunc versum non ab Hesiodo Boeoto profectum esse, sed ab Ionico poeta, ut multa alia in hoc carmine, certum est. Nam Boeotis hic mensis dicebatur Βουκάτιος, qui est Atticis Γαμηλιών,

ὅςτε διὰ Θρήκης ἱπποτρόφου εὐρέϊ πόντῳ
ἐμπνεύσας ὤρινε· μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη·
πολλὰς δὲ δρῦς ὑψικόμους ἐλάτας τε παχείας
οὔρεος ἐν βήσσῃς πιλνᾷ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
ἐμπίπτων, καὶ πᾶσα βοᾷ τότε νήριτος ὕλη.
θῆρες δὲ φρίσσουσ', οὐρὰς δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο,
τῶν καὶ λάχνῃ δέρμα κατάσκιον· ἀλλά νυ καὶ τῶν
ψυχρὸς ἐὼν διάησι δασυστέρνων περ ἐόντων.
καί τε διὰ ῥινοῦ βοὸς ἔρχεται, οὐδέ μιν ἴσχει.
καί τε δι' αἶγα ἄησι τανύτριχα· πώεα δ' οὔτι,
οὕνεκ' ἐπηεταναὶ τρίχες αὐτῶν, οὐ διάησιν
ἲς ἀνέμου Βορέου· τροχαλὸν δὲ γέροντα τίθησι.
καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος οὐ διάησιν,

V. 500. *κομίζειν* Herm.

V. 501. Pro *βίος* Vat. 2. *βίοτος*. — *εἴη* Herm.

V. 504. *βουδόρα*] Vulgo *βούδορα*. V. Etym. M. p. 564, 6. Schol. Ven. Il. XVII, 550. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 229.

V. 506. *δυςηλεγέες*] Unus cod. *δυςηλεγέος*. — Pro *τελέθουσιν* A. G. *τελέθωσιν*.

V. 510. *βήσσῃς*] Pauci *βήσσῃσι* et *πιδνᾷ*. M5. *πιληᾷ* (sic) et *βήσῃσι*.

V. 512. 513. A. et It. 513. 512. — Pro *μέζε'* G. *μάζε'*.

V. 513. V1. Vat. 2. *καὶ λάχνῃ καὶ δέρμα*.

V. 516. Gerhard. Lect. Ap. p. 178: *καί τε διάησ' αἶγα τανύτριχα*.

Latinis Decembris pars cum parte Januarii; Lenaeonem prorsus non norunt Boeoti, ut testis est Plutarchus Boeotus ipse; Lenaeon est nomen Ionicum, dictum ita a Lenaeorum festo; v. Boeckh. de Lenaeis cet. p. 50 seq. Quod poeta adiecit *κάκ' ἤματα, βουδόρα πάντα*, minime propterea additum esse puto, ut *βουδόρα πάντα* responderent *Βουκατίου ἤμασι* (nam *Βουκάτιος* est *ἀπὸ τοῦ βοῦς καίνειν*); *βουδόρα* potius dicuntur *ἤματα* ob nutrimenti per hiemem inopiam. Prov. Vatic. I, 22. *βουδόρῳ νόμῳ*. Atqui si hic versus non est Hesiodi, sequitur totum carmen 503-560. esse alius poetae, longe ab ingenio Hesiodi diversi, cuius hiemis descriptio huc adiecta est a rhapsodo quodam. Vv. 561. 562. 563. additi postea sunt, ut transitio fieret ad novum Hesiodii carminis argumentum. Scite iam rem perspexit Twesten. l. l. p. 56 seq. Paulo aliter Lehrsius Quaest. Epp. p. 201., qui veterem Hesiodum inde a v. 536. agnoscit. Sed hoc si statuis, v. 557. cur *μεὶς χαλεπώτατος οὗτος* additum sit, nescis. Hoc autem enuntiato sine dubio ad v. 504. se revocavit poeta.

V. 507. *Θρήκης ἱπποτρόφου*] Oraculum antiquum: *Ἵπποι Θρηΐκιοι* [*Θεσσαλικοί*, Strab.], *Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες, Ἄνδρες δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης*.

V. 512. *μέζεα*] Nomen Ionicum secundum Gregor. Cor. p. 535. V. annot. ad v. 504.

V. 519—521. Haec omnia digniora sunt sophistico aliquo poeta quam gravi Hesiodo. Imprimis displicent 519. 533., quorum il-

ἥτε δόμων ἔντοσθε φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει,
οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης·
εὖτε λοεσσαμένη τέρενα χρόα καὶ λίπ' ἐλαίῳ
χρισαμένη νυχίη καταλέξεται ἔνδοθι οἴκου,
ἤματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει,
ἔν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ καὶ ἤθεσι λευγαλέοισιν.
οὐ γάρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νομὸν ὁρμηθῆναι·
ἀλλ' ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε

V. 520. Voss. 1. Vit. ἔντοσθεν μίμνει παρὰ μητέρι κεδνῇ. Herm. μίμνῃ vel παρὰ μητέρι κεδνῇ.

V. 522. εὖτε] εὖ τε Dind., Lehrs.

V. 523. Pro νυχίη al. μυχίη, quod praefert cum Wolf. ad Theog. 991. Herm. — ἔνδοθι] Sic G. al. et Dind. Vulgo ἔνδοθεν.

V. 524. τένδει] Antig. Caryst. 25. τέμνει. Suid. v. τένθαις habet τένθει.

V. 525. καὶ ἤθεσι] Sic M5. Vat. et al. Ceteri καὶ ἐν ἤθεσι, ut Plut. de sol. anim. 9.

V. 526. οὐδέ οἱ Herm. Orph. p. 780.

lum summam antiquitatem spirare nondum persuasit mihi Hermannus. Ceterum hic versus laudatur a Plut. de anim. tranquill. 2. p. 465.

V. 523. νυχίη] Coniunge cum καταλέξεται. Μυχίη superfluum esset propter δόμων ἔντοσθε et ἔνδοθι οἴκου.

V. 524. ὅτ' ἀνόστεος κτἑ.] Graevius laudavit Antigon. Carystium πρ. συν. c. 25: ὁ δὲ πολύπους ἐν τῷ χειμῶνι τὰς πλεκτάνας αὐτοῦ κατεσθίει· τοῦτ' ἔστιν ἤματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τέμνει. Additus est a Gaisfordio Suidas v. Ἐλεδώνη et Etym. M. p. 327, 23: ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένθει. διὰ τοῦ θ γραπτέον. Adde Proculum: λέγεται γὰρ καὶ ὁ πολύπους ἐν τοῖς χειμῶσιν ἐκμυζᾶν τὸν πόδα συνεστραμμένος ἐν τοῖς μυχοῖς τοῖς ἑαυτοῦ. Ceterum v. Plin. H. N. IX, 29. Ipsum (polypodem) brachia sua rodere falsa opinio est. Id enim a congris evenit ei, sed renasci sicut colotis et lacertis haud falsum. Idem Proculo teste dixerat Aristoteles.

V. 525. ἤθεσι] sedibus consuetis; Herodot. VII, 75. 125. V. Ruhnk. ad Callim. Del. 297. et Koen. ad Greg. p. 495.

V. 526. οὐ γάρ οἱ] Correpta γάρ syllaba ante οἱ, quod habet digamma, indicium est serioris aetatis. Quod sequitur δείκνυ vix potest pro imperfecto haberi, si vel maxime Hermanni coniecturam οὐδέ οἱ veram habeas; magis huc quadrare praesens iam significavi animadvers. in Theodos. p. 249. Atque sic haec praesentis forma ipsa testimonio esse potest abhorrere hanc carminis partem ab antiqua loquendi consuetudine.

V. 527. κυανέων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε] Meroen intellexisse videtur, Aethiopum metropolin; v. Herodot. II, 29., de qua nihil apud Homerum.

V. 528. Πανελλήνεσσι] Sic Graeci, ut videtur, apud Homerum audiunt Il. II, 530. versu sublestae fidei (v. Thucyd.

στρωφᾶται, βράδιον δὲ Πανελλήνεσσι φαείνει.
καὶ τότε δὴ κεραοὶ καὶ νήκεροι ὑληκοῖται
λυγρὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρία βησσήεντα
φεύγουσιν· καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο μέμηλεν,
οἳ σκέπα μαιόμενοι πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχουσι,
καὶ γλάφυ πετρῆεν· τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι,
οὗτ' ἐπὶ νῶτα ἔαγε, κάρη δ' εἰς οὖδας ὁρᾶται,

V. 528. *Πανελλήνεσσι*] Cod. Paris. Phryn. ecl. p. 101. (ap. Bachm. Anecd. II. p. 385.) *παρ' Ἑλλήνεσσι. Πανελλ.* cet. manuscr. Phrynichi.

V. 530. *λυγρὸν*] Pauci *λυγρῶς*. — *μυλιόωντες*] P. *μυλλιόωντες*, Crates, Br. *μαλκιόωντες*. V. Procul. et Etym. M. p. 594, 46.

V. 532. Male Br. *οἶ σκέπα μαιόμενοι — ἔλωσι.* Hermanno vero *οἶ* (i. e. *ἐκεῖσε, οὗ κευθμῶνας ἔχουσι*) sufficiebat.

V. 533. Hermannus: *τοὶ δὲ τρίποδι βροτοὶ ἶσοι.*

V. 534. *νῶτ' ἐάγῃ* Bentl. Voluit sine dubio etiam sequentia pro versus ratione mutare.

I, 3.), vel sic tamen diverso modo. Nam Homerus non Graecos omnes *Πανέλληνας* dicit, sed adiunctis Achivis *Πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς*. Sed v. Strabon. VIII, p. 568. Hesiodus etiam v. 653. Graeciam totam dixit *Ἑλλάδα*, si hic versus ab Hesiodo profectus est. V. de *Πανέλλησι* O. Müller. Aegin. p. 19. 155. Alia quaedam vocabuli *Πανελλήνων* exempla protulit Bergkius Comment. de reliq. com. Att. p. 23.

V. 530. *μυλιόωντες*] Noli intelligere de collidendo dentes prae frigore; ridiculum esset enim de feris ita dicere; *λυγρὸν μυλιόωντες* dicitur de iis feris, quibus nutrimenta in silvis desunt propter hiemem: misere, aegre se nutrientes; *μυλιάω* est a *μύλη*, dens molaris; bene igitur hoc verbum denotat frustraneam manducandi operam.

V. 533. *τρίποδι βροτῷ*] Vossius: Gleich sind auch die Menschen dem Dreifufs, dem sich der Rücken verbog und das Haupt zum Boden herabschaut. Legit igitur *βροτοί* cum L. Wachlero (*τότε δὲ τρίποδι βροτοὶ ἶσοι*) et Passovio, quod ne unus quidem codicum praebet. Sed *φοιτῶσιν* quum non facile aliter possit intelligi quam de hominibus, ne opus quidem est hac emendatione. *Τρίπους βροτός* prae ceteris populis Graecis Boeotis, quibus Sphingis aenigma in animo haerebat, est senex, qui baculo tanquam tertio utitur pede. Eadem imagine Aeschylus usus est Agam. 80: *τὸ δ' ὑπέργηρων — τρίποδας μὲν ὁδοὺς στείχει*; v. quem Wellauerus illic laudavit Seidler. ad Eur. Troad. 228.

V. 534. *οὗτ' ἐπὶ νῶτα ἔαγε*] Hoc mire dictum est pro: cuius flexa senectute cervix est. Nonn. Dion. VII, 41: *ἄρκιον οὐ πέλε γῆρας, ὅπερ νεότητα μαραίνει, Καὶ βραδὺν ἄνδρα τίθησι κάτω νεύοντα καρήνῳ, Κυφὸς ὅτε τρομερῇσι περισσοπόδεσσι πορείαις Γηροκόμῳ βαρύγουνος ἐρείδεται ἠδέϊ*

τῷ ἴκελοι φοιτῶσιν, ἀλευόμενοι νίφα λευκήν.
καὶ τότε ἕσσασθαι ἔρυμα χροός, ὥς σε κελεύω,
χλαῖνάν τε μαλακὴν καὶ τερμιόεντα χιτῶνα·
στήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι·
τὴν περιέσσασθαι, ἵνα τοι τρίχες ἀτρεμέωσι,
μηδ' ὀρθαὶ φρίσσωσιν ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα.
ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο
ἄρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσσας.
πρωτογόνων δ' ἐρίφων, ὁπότ' ἂν κρύος ὥριον ἔλθῃ,
δέρματα συῤῥάπτειν νεύρῳ βοός, ὄφρ' ἐπὶ νώτῳ
ὑετοῦ ἀμφιβάλῃ ἀλέην· κεφαλῆφι δ' ὕπερθεν
πῖλον ἔχειν ἀσκητόν, ἵν' οὔατα μὴ καταδεύῃ·

V. 535. *ἀλευάμενοι* Gramm. in Cram. Anecd. Oxon. I. p. 174.
V. 537. *χλαῖνάν τε*] Sic M5. Vat. Vat. 2. al. Alii cum V2. *χλαῖναν μέν*, quod receperunt editores.
V. 538. V. Gramm. in Cram. Anecd. Ox. I. p. 297. Schol. Ven. Il. XI, 601.
V. 543. *ὁπότ' ἂν*] Sic M5. duoque alii. Ceteri MS. *ὁπότε*.
V. 544. *νώτῳ*] Proculus *νώτων*, ut videtur; Br. ex Moschop. *ὤμῳ*.
V. 548—553. delevit Br. e sententia Ruhnkenii, inclusit Bentl. Herm. facta post *πέλεται* v. 547. plena positura sic totum locum constitui iubet: *Βορέω δὲ πεσόντος Ἀὴρ πυροφόροις— βάκτρῳ*. Corn. Gall. I, 217—219: Nec coelum spectare licet, sed prona senectus Terram, a qua genita est et reditura, videt. Fitque tripes prorsus quadrupes ut parvulus infans Et per sordentem flebile serpit humum.

V. 535. *φοιτῶσιν*] *θῆρας* intelligi vult Spohnius cum scholiastis, sed inepte foret dictum: ferae quadrupedes incedunt ut homines senes, quibus pro tertio pede est baculus. De hominibus loquitur poeta.

V. 536. *ἔρυμα χροός*] Hom. Il. IV, 137: *μίτρης θ', ἣν ἐφόρει, ἔρυμα χροός*.

V. 537. *τερμιόεντα χιτῶνα*] Hom. Od. XIX, 242. Est quam postea dixerunt *σισύραν* a *σύρω*, quod ad pedes usque defluebat, ita ut et hic *Ἰαόνων ἑλκεχιτώνων* memineris. V. ad v. 504. Non diversa videtur *κατωνάκη* fuisse apud rusticos Dorienses; v. Müller. Dor. II. p. 41. Welcker. prolegg. ad Theognid. p. XXXV.

V. 541 seq. *πέδιλα βοὸς— πίλοις — πυκάσσας*] Sic Laertes rustico vestimento usus apud Hom. Od. XXIV, 228: *περὶ δὲ κνήμῃσι βοείας κνημῖδας ῥαπτὰς δέδετο*.

V. 544. *δέρματα συῤῥάπτειν νεύρῳ βοός*] Haec est illa *διφθέρα* Helotarum apud Spartanos, quae aliquanto differt a *σισύρᾳ* (v. 537.); cf. Müller. Archaeol. p. 422.

V. 546. *πῖλον*] Alias *κυνῆν*, ut apud Hom. Od. XXIV, 231. De forma *κυνέης* Boeotorum v. Theophrast. Histor. pl. III, 9. Cf. Müller. Archaeol. p. 424.

V. 547. *πεσόντος*] Cessante Borea voluit Spohnius, ut cadente Euro apud Livium XXV, 27. Virg. Ge. I,

ψυχρὴ γάρ τ' ἠὼς πέλεται Βορέαο πεσόντος·
ἠῷος δ' ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
ἀὴρ πυροφόρος τέταται μακάρων ἐπὶ ἔργοις·
ὅςτε ἀρυσσάμενος ποταμῶν ἄπο ἀενaόντων,
ὑψοῦ ὑπὲρ γαίης ἀρθεὶς ἀνέμοιο θυέλλῃ,
ἄλλοτε μέν θ' ὕει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι
πυκνὰ Θρηϊκίου Βορέου νέφεα κλονέοντος.
τὸν φθάμενος, ἔργον τελέσας, οἶκόνδε νέεσθαι,
μήποτέ σ' οὐρανόθεν σκοτόεν νέφος ἀμφικαλύψῃ,
χρῶτά τε μυδαλέον θείῃ, κατά θ' εἵματα δεύσῃ.
ἀλλ' ὑπαλεύασθαι· μεὶς γὰρ χαλεπώτατος οὗτος

ἔργοις· Ὅςτε — ἀεναόντων, Ὑψοῦ — θυέλλῃ, Ἄλλοτε — ἄλλοτε δ' εἶσιν Ἠῷός γ' ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος. Versum 553. esse alius rhapsodi dicit pro versu 547: ψυχρὴ γάρ τ' ἠὼς πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι Πυκνὰ Θρηϊκίου Βορέω νέφεα κλονέοντος.

V. 549. Unus Ambrosianus πυρφόρος ἐντέταται, sed correctum est. Seleucus pro πυροφόρος ὀμβροφόρος.

V. 550. ὅςτ' ἀπαρυσσάμενος Gerhard. Lect. Apoll. p. 176. — ἀεναόντων] M5. V1. αἰὲν ἐόντων. Vat. P. αἰὲν ναόντων. Ceteri αἰεναόντων.

V. 555. μήποτ' οὐρανόθεν V1. Vat. 2.

V. 556. τε] P. δέ.

854. Sic Hom. Od. XIX, 202., quem locum Hermannus laudavit: τῇ τρισκαιδεκάτῃ δ' ἄνεμος πέσε. Sed apud eundem Homerum Od. XIV, 475. minus certa videtur haec significatio: νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακή, Βορέαο πεσόντος, Πηγυλίς· αὐτὰρ ὕπερθε χιὼν γένετ' ἠΰτε πάχνη, Ψυχρή, καὶ σακέεσσι περιτρέφετο κρύσταλλος. Sic κεραυνοῦ πεσόντος, σκηπτοῦ πεσόντος, de quibus videndus est Dorvillius ad Char. p. 64. Porro apud Pindar. Ol. II, 40: πένθος δ' ἐπίτνει βαρύ, et Aeschyl. Pers. 767. Blomf.: ἔργον, οἷον οὐδέπω τόδ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεσόν, Eurip. El. 639. Mihi igitur non dubium videtur πίπτειν hic habere non passivam, sed activam significationem, quasi ἐμπεσόντος vel ἐπιπεσόντος dixisset (Herodot. VI, 44.). Proculus: πνεῖ γὰρ ἀπὸ ὑψηλοτέρων ὁ Βορέας, ὃ δηλοῖ τὸ πεσεῖν. Moschop.: πεσόντος ἀντὶ τοῦ καταπνεύσαντος.

V. 549. μακάρων ἐπὶ ἔργοις] Μάκαρες locupletes sic simpliciter apud Homerum non dicuntur; nam Il. XI, 68. Od. I, 217. versu sequente additur, cur sic dicatur homo; est indicium recentioris aetatis, ut ἀὴρ πυροφόρος, nubes fecunda, quae triticum procreat. Ἀήρ hic pro αὔρᾳ, quae e fluminibus surgens modo in nubem cogitur et pluvium emittit, modo ventis vehementioribus dissipatur. V. Herodot. II, 27: τῆς αὔρης δὲ πέρι, ὅτι οὐκ ἀποπνέει (ὁ Νεῖλος), τήνδε ἔχω γνώμην, ὡς κάρτα ὑποθέρμων χωρέων οὐκ οἰκός ἐστι οὐδὲν ἀποπνέειν. αὔρη δὲ ἀπὸ ψυχροῦ τινος φιλέει πνέειν. Hom. Odyss. V, 469.

V. 557. μεὶς] Ex hac Ionica forma patet μὲν — fuisse radicem

χειμέριος, χαλεπὸς προβάτοις, χαλεπὸς δ' ἀνθρώποις.
τῆμος τὤμισυ βουσὶν, ἐπ' ἀνέρι δὲ πλέον εἴη
ἁρμαλιῆς· μακραὶ γὰρ ἐπίῤῥοθοι εὐφρόναι εἰσί.
[ταῦτα φυλασσόμενος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν
ἰσοῦσθαι νύκτας τε καὶ ἤματα, εἰςόκεν αὖτις
γῆ πάντων μήτηρ καρπὸν σύμμικτον ἐνείκῃ.]
Εὖτ' ἂν δ' ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ἤματα, δή ῥα τότ' ἀστὴρ
Ἀρκτοῦρος προλιπὼν ἱερὸν ῥόον Ὠκεανοῖο
πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκροκνέφαιος.
τὸν δὲ μέτ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν

V. 559. *τὤμισυ*] Sic P. Gal., *τὤμισυ βουσὶν ἐπὶ δ' ἀνέρι πλέον* V1. Vat. 2. (in hoc corr. *θὤμ.*). Vulgo *θὤμισυ*, ut Procul., Mosch. et Tzetza. — Porro *βουσὶν ἐπὶ δ'* M5. Vat., *βουσὶν ἐπ'* V2. alii. Pro *δὲ πλέον* P. *τὸ πλ.* Br., Herm. *βουσὶν, ἐπ' ἀνέρι δὲ πλέον εἴη* e MS., quod recepimus pro *βουσ', ἐπὶ δ' ἀνέρι καὶ πλέον*.
V. 561 — 563. Hi versus adiecti sunt postea. Delevit Br. e sententia Plutarchi. Herm., qui antiqui Hesiodi eos habet, *εἰσὶ ταῦτα φυλασσομένοις, ἰσοῦσθαι κτέ.*
V. 567. *ἀκροκνέφαιος*] G. *ἀκροκνέφαος*.
V. 568. *ὀρθρογόη*] M5. V1. Vat. G. Etym. M. *ὀρθογόη*. Utramque lectionem norat Proculus, qui praeterea addit fuisse huius vocabuli, quae postea mutata est; atque hoc derivandum esse a *μένω* (a *μένω* etiam *μῆνις*), *μῆνα* igitur esse aliquid quod duret, i. e. certum temporis spatium, satis apertum esse videtur. Ergo si *μήνη* est mensis, non opus est continuo, ut lunae primo [illegible]rit notio, sed haec addita postea est.

V. 558. De *προβάτοις* vid. Schol. Ven. Il. XIV, 124.

V. 559. *τὤμισυ*] Sic recte Ionica et Aeolica contractione; Attica fuisset *θὤμισυ*; v. animadvers. ad Theog. 88. De *τὤμισυ* v. Eustath. ad Hom. p. 245, 37. Ad idem genus Ionicarum et Aeolicarum crasium pertinent *ὦλλοι*, *ὤριστος*, *τοὐρμοκράτεος*. V. Boeckh. Inscr. I. p. 18. *Τοὔνεκα* legitur apud Boeckh. Corp. Inscr. N. 380. Giese Dial. Aeol. p. 391.

V. 559 seq. *τὤμισυ — ἁρμαλιῆς*] Cato de re rust. 57: Familiae cibaria qui opus faciunt per hiemem tritici modios IV, per aestatem modios IV. Columella VI, 3. LANZI.
V. 560. *μακραὶ κτέ.*] *μακραὶ γὰρ εὐφρόναι ἐπίῤῥοθοί εἰσι.* Ceterum hic locus est antiquissimus, quo *εὐφρόνη* dicitur pro *νυκτί*.
V. 564. *ἑξήκοντα*] Bruma Hesiodi tempore erat XXIX. Decembr. (Iulian.) atque hinc usque ad exortum Arcturi (Hesiodo d. XXIV. Febr.) proprie sunt LVII. dies, non LX, ut hic ait Hesiodus. V. Ideler. Enchir. chron. I. p. 246 seq.
V. 567. *πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται*] Idelerus l. l.: Der Spätaufgang des Arctur ist der letzte, nicht, wie der Dichter

ἐς φάος ἀνθρώποις, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.
τὴν φθάμενος οἴνας περιταμνέμεν· ὣς γὰρ ἄμεινον.
ἀλλ' ὁπότ' ἂν φερέοικος ἀπὸ χθονὸς ἂμ φυτὰ βαίνῃ,
Πληϊάδας φεύγων, τότε δὴ σκάφος οὐκέτι οἰνέων·
ἀλλ' ἅρπας τε χαρασσέμεναι καὶ δμῶας ἐγείρειν.
φεύγειν δὲ σκιεροὺς θώκους καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον
ὥρῃ ἐν ἀμήτου, ὅτε τ' ἠέλιος χρόα κάρφει.
τημοῦτος σπεύδειν, καὶ οἴκαδε καρπὸν ἀγινεῖν,
ὄρθρου ἀνιστάμενος, ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴῃ.
ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν.
ἠώς τοι προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου·

qui ὀρθοβόην legerent.

V. 570. περιταμνέμεν] Sic M5. Vat.; al. περιτεμνέμεν.

V. 571. βαίνῃ Gal.

V. 574. ἠῶ κοῖτον] V. animadv. ad Theog. 48. Fort. κοῖτον ἐπ' ἠῶ. Nam quod primo opinabar cum Gerhardio Lect. Apoll. p. 145. ἐπ' ἠόα κοῖτον, nunc prorsus displicet.

V. 575. Pauci cum Tzetza κάρφῃ.

V. 576. ἀγινεῖν] Sic V1. 2. Gal. Vulgo ἀγείρειν.

V. 577. Pauci ὄρθου. — Pro εἴῃ Herm. εἴη.

V. 578. ἀπαμείρεται Gal. V. ad Theog. 801.

V. 579. προφέρει δέ τε Fέργου Bentl.

sagt, der erste sichtbare Aufgang des Sterns in der Abenddämmerung. Solche Verwechselungen kommen auch anderwärts vor. Mirum tamen, si ita confudit cana antiquitas. Potius ita voluisse videtur poeta: προλιπὼν πρῶτον ἱερὸν ῥόον Ὠκεανοῖο παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκροκνέφαιος. — ἀκροκνέφαιος] Haec vox comparanda erat cum Homerico νυκτὸς ἀμολγῷ a Buttmanno Lexil. II. p. 45.

V. 568. Πανδιονὶς] Nota fabula est de Procne, Pandionis filia, Terei uxore, quae in hirundinem mutata est.

V. 570. Omnem uvarum curam ad Arcturi cursum metiuntur; v. Platon. Legg. VIII. p. 844.

V. 571. φερέοικος] V. animadvers. ad v. 375. Ὁ μὲν Θρᾷξ Διονύσιος ἔλεγε φερέοικον τὸν κοχλίαν· ἐπιτιμῆσαι δέ φησιν αὐτῷ τινα τοῦτο λέγοντι Ἀρκάδα, εἶναι γὰρ ἐν Ἀρκαδίᾳ τὸν φερέοικον ὁρᾶν (Heins. οὐρὰν) μελίττῃ ἐοικότα, σμικρότατον, κάρφη καὶ συρφετὸν ἑαυτῷ συνάγοντα, στεγοποιεῖσθαι διὰ τοῦ χειμῶνος, βαίνειν δ' ἀνὰ τὰ φυτὰ θέρους. PROCULUS. Cf. Etym. M. p. 790. Inde ab antiquo poeta apud Ciceron. de divin. II, 64. dicitur herbigrada, domiporta. Fuerunt tamen qui φερέοικον testudinem intelligerent (v. Etym. M. l. l.).

V. 572. Πληϊάδας φεύγων] Quando cochlea calorem vitatura foliorum umbram sectatur. — τότε δὴ σκάφος] non amplius circumfodi vites debent.

V. 574. Noli captare umbras arborum neve dormiendo auro-

ἠώς, ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθου
ἀνθρώπους, πολλοῖσι δ' ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ τίθησιν.
Ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ
δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
τῆμος πιόταταί τ' αἶγες καὶ οἶνος ἄριστος,
μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες
εἰσίν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει,
αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος. ἀλλὰ τότ' ἤδη

V. 583. καταχεύετ'] Sic M5. Vat., Gaisf., al. Ceteri edd. cum Moschop. ἐπιχεύετ'.

V. 584. πυκνὸν] G. πυκνῶν.

V. 586. δέ τε ἄνδρες] Sic V2. al. Sed M5. Vat. Vat. 2. P. δέ τοι.

V. 588. τε commode hic abesset. V. Herm. Orph. p. 757. Spitzner. de vers. her. p. 96.

V. 589. βίβλινος] Sic M5. Vat. V2. al.; βύβλινος alii, ut Vat. 2.

V. 590. σβεννυμενάων] In antiquis exemplaribus ζβεννυram exspectare; hae enim concessationes attrectant corpus; contra vero necesse est, ut festines. Nam si cum exorta aurora opus agressus fueris, tertiam eius partem iam pro facto habeas.

V. 582. Plinius H. N. XXII, 22: Venerem stimulare in vino (scolymum) Hesiodo et Alcaeo testibus, qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse et mulieres libidinis avidissimas virosque in coitum pigerrimos scripsere, velut providentia naturae hoc adiumento tunc valentissimo. Cf. fragm. 24. Sed vide, quam incertus hic auctor sit Plinius. De scolymo in vinum iniiciendo ne verbum quidem Hesiodus neque is, quem praeterea huius rei testem adsciscit, Alcaeus. Accedit, quod idem Plin. H. N. X, 62. ne mentione quidem Alcaei iniecta sic: viros avidiores Veneris hieme, feminas aestate Hesiodus prodidit. Quare etiamnunc puto versus duos, qui apud Proculum sequuntur: ἀνθεῖ δὲ καὶ ὁ σκόλυμος, νῦν δὴ μιαρώταταί εἰσι γυναῖκες, Λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει, esse alicuius comici, non Alcaei, quem tam serviliter imitatum esse Hesiodum non credo. Sed comicos Hesiodi memores fuisse ex Aristophane intelligitur, qui Avv. 709. eleganter imitatus est Hesiodum Oper. 448. Longe liberalior est imitatio de cicada, quae antecedit. V. Alc. fragm. XXXI. Schneidew. Ceterum Hesiodus imitatus est Hom. Il. III, 151 seq., Hesiodum Nicand. Ther. 779., qui habet Σείριος ἄζει, ut Hes. Scut. 397.

V. 586. V. Arist. Probl. IV, 28.

V. 589. βίβλινος οἶνος] Athenaeus I. p. 31. A. cum Epicharmo (cf. Etym. M. p. 197.) Thracicum a montibus biblinis in Thrapia, Demus vero Delius ap. Steph. Byz. et Simus ap. Etym. M. l. l. Naxium vinum, dictum ita a fluvio Biblo, intellexerunt. Atque hos (siquidem alter ab altero differt) videtur Proculus secutus esse, ab Holstenio recte sic emenda-

εἴη πετραίη τε σκιή, καὶ βίβλινος οἶνος,
μᾶζά τ' ἀμολγαίη, γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμενάων,
καὶ βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας μήπω τετοκυίης,
πρωτογόνων τ' ἐρίφων· ἐπὶ δ' αἴθοπα πινέμεν οἶνον,
ἐν σκιῇ ἑζόμενον, κεκορημένον ἦτορ ἐδωδῆς,
ἀντίον ἀκραέος Ζεφύρου τρέψαντα πρόςωπον,
κρήνης τ' ἀενάου καὶ ἀποῤῥύτου, ἥτ' ἀθόλωτος.
Τρὶς ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου.
Δμωσὶ δ' ἐποτρύνειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν

μενάων scriptum esse testatur Eustath. ad Hom. p. 217. p. 1260. 7. Cf. annotat. ad Theodos. p. 225.

V. 594. *ἀκραέος*] Sic M5. V2. al., *εὐκραέος* Vat. Vat. 2. V1, al. Porro *ἀνέμου* pro *Ζεφύρου* habet P. G. — *πρόςωπον* est lectio M5. al. Quid Vat. habeat, non indicavit Lanz. Alii *πρόςωπα*, ut Vat. 2., quod rec. editores.

V. 596. *τρὶς ὕδατος*] Sic Gal., Vat. 2. al. et Boiss. Vulgo *τρὶς δ' ὕδατος*. Hermannus vero, qui hunc versum cum antecedente coniungendum esse putat, *τρεῖς ὕδατος κτλ.* Sed otiosum prorsus esset *ὕδατος* post *κρήνης*. — *ἱέμεν* P.

tus: *οἶνον βύβλινον* (sic enim Proculus), *ὃν οἱ Νάξιοι παρ' αὐτοῖς γεωργεῖσθαί φασι παρὰ ποταμὸν οὕτω καλούμενον.* [*Βίβλον* Steph. B., *Βιμβλίνην* Etym. M.] Hoc igitur longe praeferendum esse puto, quum Naxus insula celeberrima fuerit sedes Bacchi apud Graecos culti. E fabula, quam Aglaosthenes, Naxicorum scriptor (Hyg. Poet. astron. I, 17.), tradidit, Naxo in Etruriam propagatum esse Bacchi cultum probabile est atque sic fortasse facillime explicatur nomen, quod Bacchus habuit apud Etruscos, Phuphluns, si cum *βιβλίνῳ οἴνῳ* componatur. V. Gerhard. Rhein. Museum I. p. 135.

V. 590. *μᾶζά τ' ἀμολγαίη*] Est panis bene coctus, in quo *ἀμολγὸς* (*ἀκμή*) coquendi recte observatus est; v. Gramm. ap. Cramer. Anecd. Ox. I. p. 82: *καὶ Ἡσίοδος μᾶζαν ἀμολγαίην τὴν ἀκμαίαν πρὸς τὸ φαγεῖν.* Athen. III. p. 115: *Ἐρατοσθένης δὲ ποιμενικήν, Καλλίστρατος δὲ τὸν τυρόν.* Procul. et Etym. M. Buttm. Lexil. II. p. 45. Praeterea scripsi *μᾶζα* ex regula grammaticorum, quos laudavi Allgem. Lehre v. Accent p. 145. Accedat Herodian. *περὶ διχρόνων* ap. Cramer. Anecd. Oxon. III. p. 288: *μᾶζα ἐκτεῖνον τὸ πρὸ τοῦ διπλοῦ ᾶ.* Cf. p. 293. et Lobeck. Paral. II. p. 405. — *σβεννυμενάων*] quae non iam lactantes sunt. Hippocr. de aer. et aq. p. 18: *τὰ παιδία ἀδύνατοι τρέφειν εἰσί· τὸ γὰρ γάλα ἀποσβέννυται ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος καὶ ἀτεραμνίης.* Galenus saepius *γάλα σβέσαι*. Aeschyl. Ag. 932. Well.: *ἔστιν θάλασσα, τίς δέ νιν κατασβέσει;*

V. 591 — 595. Hi versus ab alio rhapsodo additi esse videntur. V. 595. laudatur a Plut. Symp. VIII, 5. sine *τ'* post *κρήνης*. Hermannus malam repetitionem, quae inest in versibus 589. et 591. 592., eo removeri posse putat, si eiectis vocibus *ἐπὶ δ' αἴθοπα* — *ἑζόμενον* scribatur *κεκορημένῳ* et *τρέψαντι*. Illum enim, cui *πετραίη σκιή* non placuisset, ante *ἀλλὰ τότ' εἴη* scripsisse.

V. 596. *τρὶς ὕδατος*] V. Plut. Symp. III, 9. Non opus est,

δινέμεν, εὖτ' ἂν πρῶτα φανῇ σθένος Ὠρίωνος,
χώρῳ ἐν εὐαεῖ καὶ ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ.
μέτρῳ δ' εὖ κομίσασθαι ἐν ἄγγεσιν· αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
πάντα βίον κατάθηαι ἐπάρμενον ἔνδοθι οἴκου,
θῆτά τ' ἄοικον ποιεῖσθαι, καὶ ἄτεκνον ἔριθον
δίζεσθαι κέλομαι· χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος·
καὶ κύνα καρχαρόδοντα κομεῖν· μὴ φείδεο σίτου·
μή ποτέ σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήμαθ' ἕληται.
χόρτον δ' ἐσκομίσαι καὶ συρφετόν, ὄφρα τοι εἴη
βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν. αὐτὰρ ἔπειτα
δμῶας ἀναψῦξαι φίλα γούνατα καὶ βόε λῦσαι.

V. 599. εὐαεΐ A. Probat Spitzn. de vers. her. p. 43. Sed recte Friedem. de pentam. p. 364.

V. 601. ἔνδοθεν A.

V. 602. θῆτά τ'] Graevius cum A. sine τ'. Unus cod. apud Lanz. θῆτα δ'. Steph. θῆτ' ἄοικον, ut Proculi lemma.

V. 606. δ'] P., Proculi lemma et Vat. 2. τ'. — Pro εἴη Herm. εἴῃ. Heyn. ad Il. XI, 773. cur spurium habeat, nescio.

ut hic versus coniungatur cum antecedentibus: nam regulam quandam peculiarem is continet, debere qui vinum bibere velit unam vini partem temperare cum tribus partibus aquae idque esse sanissimum. Paulo aliter Aristoph. Equit. 1195: ἔχε καὶ πιεῖν κεκραμένον τρία καὶ δύο, ubi cf. Berglerum. Alcaeus 33, 4: ἔγχεε κίρναις ἕνα καὶ δύο Πλείαις. Cur Proclus addiderit fieri hoc debere in geminorum signo, non satis perspicio.

V. 598. φανῇ σθένος Ὠρίωνος] IX. Iul.; v. Ideler. I, p. 247. Σθένος Ὠρίωνος epica paraphrasis, ut ἲς Τηλεμάχοιο, βίη Ἡρακληείη.

V. 599. ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ] Orbem areae antiquae intelligit, quem boves calcant. V. Senec. Quaest. Nat. I, 2. Nisi de calcando per pedes pecorum frumento intellexit.

V. 600. μέτρῳ δ' εὖ κομίσασθαι ἐν ἄγγεσιν] Constr. μέτρῳ δὲ τὸν σῖτον ἄγγεσιν ἐγκομίσασθαι.

V. 602. θῆτα] θής hic multum differt a δμωσί, est enim villicus, i. e. custos fructuum (Cic. Verr. III, 50.), atque ἔριθος, quae deinceps sequitur, villica. De utroque v. Caton. de R. R. 5. 142. 143. θὴς ἄοικος est villicus, qui non habet familiam. Lehrsius (Quaest. epp. p. 205.) versus 602. 603. hic alienos esse iudicat, quod nescias, cur post messem conditam operae parentur. Recte, ni fallor.

V. 604. Virg. Ge. III, 404: Nec tibi cura canum fuerit postrema.

V. 605. ἡμερόκοιτος] V. animadvers. ad v. 375. Oppian. Hal. II, 408.

V. 607. ἐπηετανόν] est quatuor syllabarum, ut Hom. hymn. Merc. 113. WACHL.

V. 610. Ἀρκτοῦρον] Die XVIII. Septembr.; v. Ideler. l. l. I. p. 247.

V. 612. Describitur vinum passum Varr. ap. Nonium c. 17. n. 16: Passum nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent eam-

*Εὖτ' ἂν δ' Ὠρίων καὶ Σείριος ἐς μέσον ἔλθῃ*
*οὐρανόν, Ἀρκτοῦρον δ' ἐςίδῃ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,*
*ὦ Πέρσῃ, τότε πάντας ἀπόδρεπε οἴκαδε βότρυς.*
*δεῖξαι δ' ἠελίῳ δέκα τ' ἤματα καὶ δέκα νύκτας·*
*πέντε δὲ συσκιάσαι, ἕκτῳ δ' εἰς ἄγγε' ἀφύσσαι*
*δῶρα Διωνύσου πολυγηθέος. αὐτὰρ ἐπὴν δὴ*
*Πληϊάδες θ' Ὑάδες τε τό τε σθένος Ὠρίωνος*
*δύνωσιν, τότ' ἔπειτ' ἀρότου μεμνημένος εἶναι*
*ὡραίου· πλειὼν δὲ κατὰ χθονὸς ἄρμενος εἴη.*

---

*Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυςπεμφέλου ἵμερος αἱρεῖ,*

V. 609 seq. *ἔλθαι — ἐςίδοι* Par.
V. 611. *ἀποδρέπειν* P. VI. Vat. 2. Fortasse *ἀποδρέπεν* voluit, Dorico infinitivo.
V. 612. *τ'*] abest a G.
V. 616. *ἀρότου*] Male quidam codd., ut Vat. 2., *ἀρότρου.*
V. 618. *αἱρῇ* unus Vindobon. et G. Versum in animo habet Schol. Ven. Il. XVI, 748.

que passi essent in sole aduri. Verius Columella XII, 39: Uvam praecoquam bene maturam legere: acina arida aut vitiosa reiicere ..... in sole pandere uvas et noctibus tegere, ne irrorentur. Plin. H. N. XIV, 8: Apud Graecos iure clarissimum nomen accepit, quod appellaverunt bion (ed. Spir. brion, scr. biblinon) ad plurimos valetudinum usus excogitatum. — Fit autem hoc modo: uvae paulum ante maturitatem decerptae siccantur acri sole, ter die versatae per triduum, quarto exprimuntur, dein in cadis sole inveterantur. Adde eiusdem Plinii XIV, 9., quo de diachyto vino docetur.

V. 617. Hic versus temere adiectus esse videtur ab eo rhapsodo, qui non sine fine hanc Hesiodii carminis partem esse volebat; nam quod sequitur *πλειὼν δὲ κατὰ χθονὸς ἄρμενος εἴη* non una parte laborat. Primum enim nihil voluisse videtur auctor, nisi hoc: atque ita quidem recte constituti sint totius anni conditi labores; sed deest *ὧδε*, *οὕτως* vel tale aliquid; deinde rectius dixisset: *καὶ οὕτως ἄρμενος ἂν εἴη πλειὼν κατὰ χθονός*: denique *πλειών* est vocabulum recentioris aetatis, ne dicam Alexandrinae; v. Spanhem. ad Callim. Iov. 89. Aliter Lehrsius (Quaest. epp. p. 206.), qui hanc esse sententiam putat: „dann gedenke der Saat, und das Jahr möge schicklich, nachdem alles gut besorgt, unter die Erde gehen.'' Placeret ita et mihi, si certum *εἴην* optativi exemplum ab *εἶμι* invenirem, quod inventum iri dubito, quod, si *εἶ* in *εἴην* est radix vocabuli, *ι* optativi prorsus deesse videtur. Dixi de hac re in Allgem. Lehre v. Accent der gr. Sprache p. 83. 91.

V. 618. Inchoatur nova pars carminis, quae de navigatione agit. — *αἱρεῖ*] Si recte hic versus hoc loco legitur, supple:

ἥτε δόμων ἔντοσθε φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει,
οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης·
εὖτε λοεσσαμένη τέρενα χρόα καὶ λίπ' ἐλαίῳ
χρισαμένη νυχίη καταλέξεται ἔνδοθι οἴκου,
ἤματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει,
ἔν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ καὶ ἤθεσι λευγαλέοισιν.
οὐ γάρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νομὸν ὁρμηθῆναι·
ἀλλ' ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε

V. 520. Voss. 1. Vit. *ἔντοσθεν μίμνει παρὰ μητέρι κεδνῇ.* Herm. *μίμνῃ* vel *παρὰ μητέρι κεδνῇ.*

V. 522. *εὖτε*] *εὖ τε* Dind., Lehrs.

V. 523. Pro *νυχίη* al. *μυχίη*, quod praefert cum Wolf. ad Theog. 991. Herm. — *ἔνδοθι*] Sic G. al. et Dind. Vulgo *ἔνδοθεν.*

V. 524. *τένδει*] Antig. Caryst. 25. *τέμνει.* Suid. v. *τένθαις* habet *τένθει.*

V. 525. *καὶ ἤθεσι*] Sic M5. Vat. et al. Ceteri *καὶ ἐν ἤθεσι*, ut Plut. de sol. anim. 9.

V. 526. *οὐδέ οἱ* Herm. Orph. p. 780.

lum summam antiquitatem spirare nondum persuasit mihi Hermannus. Ceterum hic versus laudatur a Plut. de anim. tranquill. 2. p. 465.

V. 523. *νυχίη*] Coniunge cum *καταλέξεται.* *Μυχίη* superfluum esset propter *δόμων ἔντοσθε* et *ἔνδοθι οἴκου.*

